DE ELOCUTIONE

C. SUETONII TRANQUILLI.

DISPUTATIO ACADEMICA

QUAM

PERMISSU AMPL. ORD. PHILOS. UPSAL.

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

IN PUBLICO DEFENDET

PETRUS BAGGE

LIC. PHILOS. VESTROG.

IN AUDITORIO GUSTAVIANO MINORE A. D. XVI CAL. APRIL. MDCCCLXXV

H. A. M. S.

UPSALIÆ

TYPIS DESCRIPSIT IESAIAS EDQUIST

MDCCCLXXV.

Quum verum sit, mores et voluntates uniuscujusque populi effingere linguam, tum idem haud scio an verissime de lingua Latina dici possit. Etenim ut mores populi Romani in dies magis depravabantur voluntatesque commutari incipiebant, ita linguam ipsam, quum a rustico initio ad summam pervenisset perfectionem, paulatim senuisse et ad interitum appropinquasse videre licet. Quare quemadmodum iis, si qui forte linguam aliquam cognoscere velint, in ea ejus literarum monumenta intrandum erit et percensendum, quæ ex ea ætate manarunt, quum incorrupta sermonis integritas fuit, ita is, qui Latine vel scire bene vel ornate scribere volet, potissimum se ad eum scriptorem convertere dedebit et in ejus scriptis versari, qui omnes scriptores Romanorum et Latine dicendo et scribendo eleganter mirum quantum vicit et superavit — Ciceronem dico, cujus imprimis opera factum est, ut lingua Latina excoleretur et conformaretur. Ut autem totius linguæ vis ac natura recte cognoscatur, quæ qualisque fuerit lingua diversis temporibus, investigare et scrutari necesse erit; id quod quum in omnibus ætatibus linguæ Latinæ valet, tum maxime in iis, quas vulgo auream et argenteam appellare solemus. Sive enim singula vocabula, sive grammaticam rationem, sive totius orationis habitum et colorem respexerimus, inter sermonem hujus et illius ætatis longe plurimum interesse reperiemus. Veram hujus rei causam imprimis a mutata disciplina civitatis repetere licet. Etenim quum republica oppressa omnia ad unius arbitrium fierent, artes quoque et literæ ex ejus judicio religatæ pendebant. Accedit quod omnes fere hujus ætatis imperatores singulari quodam amore et studio artium literarumque ducti sunt, quo factum est, ut, quum omnia ficta, simulata, ad fallendum composita essent, libertas quoque dicendi plane amitteretur. Multi igitur, qui ingenio valebant, a scribendo deterrebantur, alii vero, si qui in scribendo versabantur, quum scripta sua ab imperatoribus perlegi solere non ignorarent, neque quid sentirent eloqui audebant et aut ad humillimam assentationem descendebant aut ad quandam orationis ambiguitatem confugiebant, qua plus quam oratione expressum esset intelligeretur. Quibus ex rebus satis apparet pro pristina

illa simplicitate, elegantia, perspicuitate orationis concisum illud et abruptum dicendi genus posteriorum scriptorum exstitisse, quod nullis vinculis adstrictum in minutissima sæpe membra discerptum est; qua una re arg. æt. scriptores vel maxime ab optimis illis aureæ ætatis differunt. Oratio enim veterum mira quadam elegantia et summa diligentia ita connexa est itaque arcte cohæret, ut nihil aptius, nihil liquidius dici aut cogitari possit, maximeque in comprehensionibus verborum conformandis singularis quædam cura adhibita est. Jam vero id ad solutam orationem commutandam nonnihil valuit quod, quum Augusti ætate poësis Latina ad summum perducta esset, sol. or. scriptores justo propius ad [1]) poetarum dicendi genus accesserunt; id quod minime mirum videbitur, si pueros in scholis in poetis explicandis et ediscendis versatos esse cogitaveris. Quæ quum ita sint, sane non miremur, solutam orationem hoc tempore poetico quasi colore tinctam esse; maxime vero rationem syntacticam poetarum imitantes posteriores a veterum loquendi genere deflexerunt. Quid? illa num leviora censes, quod eloquentia, quæ ætate Ciceronis quasi nutrix puræ et elegantis orationis fuerat, obmutuit et in exitium ruit? Neque enim ullo modo fieri potuit, quin, quum foro detrusa in rhetorum umbracula traducta esset, ubi, quum in causis fictis versaretur, omnia arti, naturæ nihil tribuebatur, umbram modo et speciem pristinæ amplitudinis retineret. Quapropter quoniam oratores, quemadmodum in rebus ab omni veritate remotis studia hominum excitarent eoremque animos occupatos tenerent, nesciebant, verba, non res sequerentur necesse erat. Inde aucupium illud verborum sonantium et novorum, inde argutiarum studium et audacia translationum, inde frequens usus locorum communium, quibus utendis animos præstringere et quasi ferire studebant. Ita pro pura et incorrupta consuetudine dicendi, quæ aurea ætate vigebat, artificiosa quædam et arguta et quasi contorta oratio orta est. Et quoniam plerique, qui se ad scribendum contulerant, a perverso rhetorum more abrepti ferebantur, fieri non potuit, quin quæ cujusque rei essent propria genera dicendi confunderentur [2]). Quid dicam de consuetudine recitationum, quæ tum vigebat et in immensum serpebat, nonne plurimum ad linquam L. inquinandam valuit, quippe quibus non tam id spectaretur, ut quæ in scriptis essent vitiosa corrigerentur — id quod iis aurea ætate propositum erat — quam ut scriptores apud quamlibet coronam magnam sibi laudem compararent? Alia causa depravationis sermonis inde repetenda est, quod et multitudo peregrinorum

---

[1]) Renhardy 220. Dial. de or. 20.

[2]) Renhardy 282.

eo tempore Romam confluxit, quorum e sermone multa, ab indole et natura linguæ L. abhorrentia, in linguam L. immigrabant, nec Romani ipsi, quum in provinciis diu morarentur, suum sermonem purum et castum servarunt. Quid multa? Puram illam et nativam elegantiam orationis enervatam quodammodo et languidam putantes artificiosum dicendi genus et acutum et floridum consectati sunt posteriores scriptores. Neque tamen negaverim, iis quoque suam laudem, suam præstantiam, suas virtutes tribuendas esse; si quidem in novis verbis fingendis tanta judicii sollertia et elegantia usi sunt, vix ut aur. æt. scriptores aptiora aut magis propria tulerint. E magno autem numero scriptorum, qui vulgo arg. æt. scriptores nominantur, haud scio an dignior, cujus in sermonem diligenter inquiratur, nemo C. Suetonio Tranquillo sit, cujus elocutionem hic, ut poterimus, adumbrare conabimur. Jam vero quod attinet ad rationem hujus disputationis, ita agendum esse putavi, ut primum singula verba enumerarem, a veterum more abhorrentia aut certe illis minus usitata, deinde de usu particularum pauca dicerem, tum de syntactica ratione aliqua exponerem. Ante vero quam ad singulas partes transeo, paucis attingam, qualis fuerit elocutio Suetonii universa, quantum ex libris Suetonii, qui inscribuntur "de vita Cæsarum, de illustribus Grammaticis, de claris Rhetoribus, Vitæ poetarum", judicari licet. Ac primum quidem quum quæritur, qualem sese præstiterit Suetonius in scribendo, illud imprimis considerandum est, eum in historico orationis genere versatum esse. Elocutio igitur Suetonii tam prope a veterum more abest, ut, nisi verbis singulis et structuris ab eorum consuetudine abhorreret, inter optimos Romanorum scriptores [1]) numerandus esset. Oratio enim ejus tam pura et incorrupta est, ut nihil emendatius, tamque leni et æquabili tractu fluit, ut fieri non possit, quin suavissime et jucundissime afficiat animos, ab omni denique pigmentorum colore et floribus tam libera, vix ut eum arg. ætati adjunctum credas. Accedit quod, quamquam verbis a vita communi et usu quotidiano sumptis usus est, tamen orationi nihil nativæ elegantiæ, nihil cultus modici et nitoris deest. Omnia apud eum sana et candida [2]) sunt, quod eo magis emerget et elucebit, si cum Floro, æquali ejus, qui in eodem scriptionis genere versatus est, comparaveris. Apud hunc enim orationem invenias floridam et artificiosam, deliciis et lenociniis conspersam, omni rhetorica supellectile ita [3]) refertam, ut artis nimium, pa-

---

[1]) Cfr Bernhardy 635 "Ondendorp berühmt in ihm scriptorem — quo præstantiorem — antiqua vix protulit Roma.

[2]) Vopisc. Firm. 1 "Suetonius T. emendatissimus et candidissimus scriptor."

[3]) Bernhardy 636.

rum naturæ in libris ejus inesse videatur, quod idem dici vix potest quam a Suetonii elocutione abhorreat. Numquam enim lumina et ornamenta verborum aucupatur, raro verba audacius transfert, semper ab elaborata illa concinnitate abhorret, neque id mirum, si quidem censebat nullis omnino virtutibus orationem magis commendari quam perspicuitate et simplicitate. Neque vero non res breviter [1]), accurate, dilucide exposuit. Quibus ex rebus luculentissime apparet neque ad Livii magnificentiam et copiam ascendisse, neque varietati et majestati Taciti studuisse. Etenim quum ille summa elegantia varietateque in conformandis comprehensionibus verborum uteretur, hic vero incredibili quadam orationis brevitate mirifice delectaretur, Suetonius mediam quandam inter utrumque viam tenuisse videtur. Neque tamen Suetonius in verbis ambitu concludendis præcipuam curam diligentiamque non adhibuit; velut T. 62. Quem cum morbo et intemperantia perisse existimaret [2]) cet. Atque etiam brevitas quædam in scriptis ejus interdum cerni licet, non illa quidem, quæ fractam quodammodo et concisam efficit orationem, sed ea, quæ suis locis adhibita, vim et gravitatem orationi addit. Nec vero dubito quin, si quis de sermone Suetonii integre judicaverit, facile concessurus sit, Suetonium id semper egisse, ne ullo uteretur verbo nisi quod ad rem illustrandam idoneum esset, eumque a troporum multitudine, a locis communibus, ab artificiosa illa argutiarumque plena oratione, qua laborabant arg. æt. scriptores, se abstinuisse.

Primum igitur ea verba easque verborum significationes et structuras proponam, quæ a veterum consuetudine aliena sunt. Hæc fere sunt: *Abdicare* aliquem (= ejicere) A. 65. T. 15, aliquid Sall. Liv., se magistratu Cic. Liv. 4. 34. 5, abdicare absolute positum Cic. N. D. 2. 4. 11. *Abesse.* Minimum abest quin A. 14. Veteres: nihil, non multum abest quin. *Abhorrere* [3]) cum acc. junct. A. 83. Galba 4. Vit. 10, Cic.: a re, ita N. 43. Dom. 9, impersonaliter positum Tib. 62. Cal. 12. abhorret a vero, a veritate. *Abigere* uxorem Tib. 7; *Abligurire* Gr. 23. Terent. Apul. *Ablocare* Vit. 7. *Abnepos* Tib. 3. Cl. 24. Seneca. Dig. *Abneptis* N. 35. Dig. *Abnuere* (= negare) cum acc. et inf. junct. C. 19. Liv. 21. 12. *Abolere*, vox Suetonio Liv. Sen. Tac. usitata, Cic.: delere, tollere. *Abolitio* legis = abrogatio A.

---

[1]) "Suetonio familiare fuit amare brevitatem" Vopisc. Firm. 1.
[2]) Cfr præterea Cal. 4. 46, Nero 13, 25, 42, Vit. 17 cet.
[3]) Cfr Reissig-Haase p. 696, Dræger Lat. Syntax. p. 332.

34, vox arg. ætatis, abolitio facti T. 4. = venia. *Abolla* Cal. 35. Juven. Verg. Mart. *Abominari* = detestari, exsecrare Cl. 46, primum apud Livium (6. 18.). Quint. *Abripere* A. 17. simulacro abreptum Plin. Ep. 8. 20. Veteres: ab, de ex: *Abrumpere* societatem A. 17, sermonem Tib. 21, Verg. Tac. Quint. *Absimilis* Otho 1, Dom. 10, Cæsar B. G. 3. 14. 5. (negatione addita), Cic.: dissimilis. *Absorptio* = cibus delicatior N. 27. *Abstinere* sæpius præpositione non addita a Suetonio usurpatur, cum inf. junct. Tib. 23. Plaut.; quominus, quin Liv. 2. 4. 5. *Abunde* cum gen. junct. C. 86. abunde gloriæ Verg. 7. 552. Raro apud veteres, numquam apud Cæsarem, frequenter apud Sallustium et arg. ætatis scriptores pro large, copiose invenias. *Accessus* = aditus C. 58. accessum explorare Liv. 29. 27. 9. Verg. 8. 229. *Accipere* 1) feminam in matrimonium A. 62. Cl. 26. N. 35. 2) = interpretari A. 68. in contumeliam, Galba 4. pro lætissimo Quint. 6. 3. 103. 3) aliquem epulis Otho 4. Cal. 55. *Acclamare* apud Cic. in malam partem, apud Liv. (34. 50. 9.) et posteriores etiam in bonam partem Dom. 13. Cl. 7, 27. *Acclamatio* in bonam partem dicitur C. 79, A. 58, Otho 6, Plin. Paneg. *Acidus* A. 78, *Acerra* T. 44, Galba 8. Poetæ. Plinius major. *Acquiescere* cum dat. junct., cui acquiescebat Vit. 14, T. 31, Seneca sæpius, Cicero: in re. *Acquirere* = occupare vel conciliare apud poetas, posteriores, Cl. 36. imperium, Justin. 3. 6. *Actus* = actio [1]) N. 24. Liv. 7. 2. 4. carminum actus, Quint.; "actus" a posterioribus de omnibus fere negotiis usurpatur velut A. 32. actui rerum accommodavit [2]), A 78, Cl. 15, 23, N. 17, Plin. Ep. 25. 3., a Cicerone in re scenica vel in locutionibus a scena sumptis, nam loci Ciceronis (Leg. 1. 11. 31., Dom. 24. 63.) emendati sunt. *Adaperire* (al. adoperire) = aperire Aug. 53. N. 12. Livius primus hac voce pro eo quod est aperire usus est. *Adaptare* nisi in part. perf. non usurpatum Cl. 33, Otho 12. *Adaquor* Galba 7, Cæsar, adaquo Plin. major. *Addormiscere* (al. obdormiscere) Cl. 8. *Adesse* [3]) = esse Cal. 32. sævitia aderat animum remittenti. *Adhortari* in aliquid N. 41, Tac., Cicero: ad. *Adipisci*, adeptus vi passiva T. 38. post adeptum imperium [4]), adipisci mortem = consciscere sibi mortem Front. *Adjectio* Tib. 26, Liv. Posteriores. *Adjutorium* pro auxilio Asin. Pol-

---

[1]) Cfr Östling de Elocutione Veleji Paterculi p. 17.

[2]) Keller röm. civil. process. p. 14.

[3]) Sueton. sæpe usus est verbis compositis pro simplicibus velut commigrare, congemere, consauciare, convertere.

[4]) Cfr Tac. Ann. 1. 7, adepto principatu. Nonnullos Sallustii locos attulit Östling.

lio ap. Gr. 10 vox. arg. ætatis. *Admissio* dicitur venia a principe data sui conveniendi Vesp. 14. officium admissionis = admittendi ad principem adeuntes. *Adoperiri*, adoperto capite N. 48, Otho II, Liv. Poster., præsertim poetæ, tamen semper in participio perf.; Cicero: operire, obtegere, obvolvere simil. *Adorare* jam inde a Livii ætate eadem fere significatione qua colere, venerari. Suet. sæpissime. *Adornate* Rh. 6. *Advenire* Vesp. 7. advenere literæ = allatæ sunt. *Adversus*, ex adverso (ἐκ τοῦ ἐναντίου) C. 39. T. 33. Liv. Poster. = e regione, sicut in adversum = in adversam partem. *Adulterare* aliquam C. 6. 48. A. 69. Cic. absolute ponit Off. I. 35. 128. *Advocatus* = patronus (causæ) Cl. 15, 25, 33. Tac. Quint. Plin. minor. *Aedificare* = coædificare Vesp. 8 vacuas areas ædificare [1]). *Aeger* semper, numquam ægrotus a Suetonio usurpatur. *Aemulatio* T. 11. -nis cum C. suspicionem, duplicis gen. vitandi causa. *Aeneator* = tubicen C. 32. Poster. Vox a veterum consuet. aliena. *Aequævus*, vita Persii, Verg. Seneca Stat. Silv. *Aeque* —, nihil æque quam (semel ac) frequentissime apud Suetonium. — Liv. et poster., non Cicero et Cæsar ita locuti sunt. *Aequitas* membrorum A. 79. i. q. æquabilitas. Frequenter apud Poster. *Aereus* pro aeneo quæ vox usitatior est A. 7. Vesp. 8. *Aesculus* Galba 3. Poetæ Plin. major. *Aestimare* et existimare. De discrimine horum verborum vide Nipperdey ad Tac. Ann. 4. 39. et Baumg. Crus. sub voce æstimare. *Aestivare* i. q. æstatem transigere Galba 4. Vesp. 24. Varro r. r. Plin. h. n. Stat. Silv. Stat. Theb. *Aetas* = vires ætatis virilis, frui ætate tua Galba 20. Cfr C. 49. florem ætatis in B. contaminatum, Cl. 16. ætatulæ indulgere. *Aevum* pro ætate Cal. 34, vox potissimum poetarum, Liv. Sallust. *Affectus* apud optimos script. est habitus quidam animi, apud Posteriores i. q. amor, benevolentia Tit. 8. parentis affectus unicus. Cfr Krebs. Antib. *Affectare*, vox raro a Cicerone et Cæsare usurpata, a Poster. frequentata C. 79. nomen regium Vesp. 23 = appetere. Liv. Tac. Vell. *Affectatio* vox arg. ætatis Tit. 9. imperii, Gr. 10, T. 70. nimia affectatione obscurare stilum. *Agere* i. q. esse, vivere A. 61. quibus moribus domi egerit, Cl. 5, A. 3. 38. Vesp. 8. Frequentissime Tac., sæpe Livius et Sall.; agere mimum C. 39. N. 4, obnoxium et trepidum egit T. 12, privatum egit T. 26, non principem, sed ministrum egit [2]) Cl. 29. Tit. 6. Val. Max. 2. 2. 4. Plin. Ep. 8. 14. pro eo quod apud veteres est, partes agere; personam sustinere, tueri; speciem præ se ferre alicujus Liv. Tac. Sen.; agere se = gerere se; qui se pro equite R.

---

[1]) Lectio tamen incerta Klotz.

[2]) Dræger Hist. Synt. p. 354.

agerent Cl. 25 [1]), Tac. Hist. 3. 2 [2]), agere = exigere vectigalia, pecunias Dom. 12. Vesp. 1. *Agere* paulo insolentius pro habere [3]) usurpatur C. 88, A. 35. agere senatum; agere curam annonæ pro habere curam, sibi aliquid curæ habere Cl. 18. eodem fere modo dicitur quo agere bellum Cæs. b. g. 3. 28. 2, proelium, rem sim. *Agilis* manus T. 68. Poetæ Posteriores [4]). *Aggravare* Liv. Poster. C. 1. morbo aggravante, A. 98. valetudine aggravata. *Alimonium* pro alimento Cal. 42, vox arg. ætatis. *Alius* = alter, alium Neronem Tit. 7 [5]); alius quam, N. 2. quod alium quam se, Liv. 39. 28. 1, Plin. minor, Quint., Cicero: alius atque (Cælius 28. 67); nihil aliud quam, frequentissime apud Suet., Livium pro eo quod habet Cicero: nihil aliud nisi [6]). *Allegare* apud veteres est mittere ad privatam rem gerendam, apud Posteriores = afferre, proferre A. 47. merita erga populum R. allegantes, A. 5. *Allicefacere* = allicere Vit. 14; vox rarissima Sen. Ep. 118. 8. *Allium* oboluisses Vesp. 8. Plin. h. n. Plaut. Verg. Hor. *Alloquor*, vox raro (Cic. Cluent. 61, 170) a veteribus usurpata, proprie dicitur de consolatione N. 23; Galba 18. 33. de imperatore, qui orationem ad milites habet. *Allocutio* = oratio ad consolandum facta Tib. 23. inchoatàque allocutione Quint. Seneca Plin. minor. *Allucere*, vox Plautina, Vit. 8. bono animo estote, nobis [7]) alluxit Seneca Ep. 97. 5. *Alternare* N. 1. Plin. major Poetæ Seneca. *Altiusculus* — is calciamentis A. 73. *Altiora* studia Gr. 21. Plin. Ep. 5. 16. 8. [8]). *Alveus* aleatorius = tabula lusoria Cl. 33. Plin. h. n. 37. 2. 13. *Amatorium* Cal. 50. Quint. Sen. Plin. h. n. *Amanuensis* = a manu servus N. 44. Tit. 3. *Amarissime* A. 70. Tib. 54. Seneca. *Amicire*. amiciebat Vesp. 21. Cal. 22. Optimi nisi in part. pf. non usurpant hanc vocem. *Ampliare* = amplificare, augere, templum A. 18, magistratum C. 41, A. 41. 45. N. 22. Hor. Sat. 1. 4. 32, uterque Plinius; optimi hac voce eadem vi qua "judicium differre" utuntur. *Angusticlavius* Otho 10. *Animose* C. 47. gemmas semper animosissime comparasse prodiderunt, eadem fere vi qua cupidissime Cic. ap. Non. p. 233, 27. Dig. *Animus* est, fert, fuerat animus conjuratis sequente infinitivo C. 84. Otho 6. Quint.

---

[1]) Dræger Histor. Syntax. p. 355.
[2]) Nonnullos Sallustii locos attulit Östling.
[3]) Vide Krebsium sub "agere."
[4]) Cfr. Lagergren p. 95.
[5]) Aliter B.-Crusius sub voce "alius" et Klotz in lexico sub voce "alius" l. c.
[6]) Vide Krebsium.
[7]) Dræger Hist. Synt. p. 380.
[8]) Cfr Senecam Benef. 5. 13. 3. altiores literæ = reconditæ.

Poetæ. pro eo quod veteribus usitatissimum est: in animo habeo, mihi est in animo. *Annotare*, vox arg. ætatis, 1) = animadvertere N. 41. cum annotasset insculptum monumento militum Gallum, 2) = ad poenam designare Cal. 27. noxios laniandos annotavit, 3) annotare librum = notis ad illustrandum instruere Gr. 24[1]). *Annunci* -ari posset A. 49, cæde annunciata Vit. 7[2]). *Anteambulo* Vesp. 2. "-ones erant vel servi, qui ante dominos multitudinem summovebant, vel homines liberi, qui officii causa senatores — — præcedebant" Baumg. Crus. *Antecessores* agminis Vit. 17, antecursores Cæsar, præcursores Livius habet. *Antecipare* mortem Tib. 61. Cl. 21. Cic. Att. 8. 14. 2. molestiam. *Antrum* pro spelunca, specu, caverna T. 43. Poetæ. *Anxie* N. 23. Justin. Sallust. *Anxius* junct. cum "de" Cal. 19, cum abl. N. 36. Cicero et Cæsar absolute hoc verbum ponunt, Livius jungit cum genitivo vel ablativo, Seneca huic voci adjunxit circa, ceteri de vel pro. *Apparere*. Suetonius omittit præpositionem ex post. h. verbum velut Gr. 11. apparere vel his versiculis potest, Cl. 34, A. 94. documentis apparuit; ita interdum Plin. major et Quint.[3]) locuti sunt. Cicero: ex re. *Apparituram* facere Tit. 7. Gr. 9 = apparitorem esse[4]). *Appellatio* Cæsarum temporibus 1) i. q. provocatio A. 33. Cal. 16. N. 17. Dig. 2) = nomen A. 100, N. 55. T. 48. C. 77. cet. Similiter appellare = provocare. *Aptare* annulum digito T. 73; aptare naves T. 65 = instruere naves omni ornamento (Liv. 30. 10). Vox Livio, Posterioribus usitata; Cicero habet participium, quod est aptatus, frequentissime autem verbum "accommodare." *Aquilus* (color est subfuscus et niger) A. 79. Varro. *Arefacio*, ramus arefactus Vesp. 5. Cato Lucret. Varro Gell. Celsus. *Arrigere* in quam (sensu obscoeno) A. 69. Mart. *Articularis* morbus Galba 21. Appul. Cicero et Celsus dolorem artuum, articulorum habent. *Artus* -a annona T. 8. Cl. 18. Galba 7. Artæ annonæ opponitur laxa Liv. 2. 52. "ubi cum pace laxior annona rediit"; artissimæ tenebræ N. 46 = densissimæ apud alios scriptores. *Arundinetum* = locus arundinibus consitus N. 48.

---

[1]) Cfr Lagergren 120.

[2]) Neque Klotzius neque Krebsius monet, Suetonium hac voce usum esse.

[3]) Cfr Törnebladh Quint. p. 21.

[4]) Similes locutiones apud Suetonium: Vesp. 1. coactiones argentarias factitare, Vit. 1 furnariam exercere, V. 16. negotiationes exercere, Hor. scriptum quæstorium comparare i. e. officium scribæ quæstorii BC. cfr. Liv. Gell. 6. 9. scriptum facere = scribam esse, C. 39 edere athletas = -arum spectacula. His exemplis addantur hæc: genesin habere imperatoriam, foenus exercere, publicum agere, tribunatum merere (Vesp. 2), ubi legendum est tribunus, ut legitur Tit. 4. Sic BC.

Cato Varro Colum. *Arundo* C. 32. A. 80. Poetæ, Cato, Colum. Plin. Liv. cet. *Asper*. Nummus a. N. 44. i. q. non detritus, novus. Pers. Sat. 3. 70. Sen. Ep. 19, lapis asper Ovid. *Asserere* proprie est 1) "juxta serere, unde ad forum translatum est, ubi quis, 2) in libertatem[1]) vel in servitutem asserere dicitur, cum aliquem ad Prætoris tribunal juxta se statuit, contendens, eum liberum vel servum esse. Is proprie dicitur assertor: et ejus est assertio. Hinc asserere etiam extra judicium dicitur pro 3) vindicare, defendere" Cl. 10. Ruhnk. *Assimilis* = similis N. 1. Galba 18. Vesp. 7, vox poetarum et arg. ætatis scriptorum. Cicero uno loco (N. D. 2. 55. 136): assimilis spongiis mollitudo. *Assula*, depictas minio assulas Gr. 11. *Astus*, astu magis ac dolo T. 65. Plaut. Terent. Verg. Sil. Valer. Fl. Tac. Gell. Cicero: astutia[2]). *Attendere* (*προσέχειν*) absolute positum semper jungitur cum accusativo. Posteriores etiam cum dativo jungunt. Cal. 53. Galba 5. N. 56. *Atterere* patrimonium A. 40. Galba 3. Sall. Poetæ. Posteriores. Cicero: imminuere. *Attonitus* -is omnibus C. 28. Cal. 6. Cl. 38. Dom. 17, vox poetis Sallustio (semel), Livio, usitata, a Ciceronis et Cæsaris consuetudiue aliena. *Auctus* A. 7. Liv. Tac. Varro. Vox rara. *Auctor* pro scriptore sæpissime apud Suetonium invenitur. Seneca (Ep. 2. 2.) primus huic verbo illam vim subjecit.[3]) Posterior. *Audens*, audenter pro audaci, audacter C. 58. Cal. 8. Poet. Posterior. *Auditorium* locus quo auditores conveniunt T. 11. Rh. 6. propria auditoria instituit. Tac. Plin. minor, A. 85, Cl. 41. frequens auditorium. *Augurium* facere Vit. 18. Optimi: agere vel capere, non habere, contra-auspicia habere. Augurato[4]) A. 7. Liv. *Aulicus* Cal. 19. Dom. 4. N. 45. Corn. Nep. Datames 5. *Aura* propria notione dicitur A. 97. ad occasionem auræ evocatus, T. 72, vox poet. Cicero transl. significatione habet. *Aurigare* Sueton. Plin. major. Varro Gell. Aurigarius = auriga N. 5, aurigatio N. 45. Gell. *Auspicari* apud Suet. et ejus æquales sæpe est i. q. incipere, N. 22. auspicari cantare, N. 7. 37. Cal. 54. Cl. 7. jurisdictionem. Apud optimos = auspicia habere. *Austrinus* A. 81. Verg. Colum. Plin. major. *Avehere*, lectica sua avexit C. 71. satis sæpe, vox Plaut., Ter., Liv., Verg. *Avius* -avio itinere A. 96. Poetæ, Sall. Liv. Vell. Tac.

---

[1]) Asserere absolute ut dicitur positum est Vesp. 3 patre asserente Plaut. Terent. Ovid. Quint. Cic. Fl. 17. 40.

[2]) Nam Cic. off. 3. 16. 68. nunc legitur "astutos" pro "astus."

[3]) Vide Krebsium sub voce "auctor."

[4]) Cfr Karlson de gerundio et gerundivo p. 43, qui nonnullos hujus generis ablativos, prope ad adverbiorum naturam accedentes, affert.

Barbaricus forma poetica pro barbaro Cal. 47. *Batuo*, unde Gall. battre, verbum rusticorum pro "pugnare" Cal. 32. 54. Cic. Fam. 9. 22. 4 (sensu obscoeno). "Batuere proprie dicuntur, qui rudibus se ad pugnam exercent. Ipsa exercitatio vocatur batualia, unde Gallica vox bataille" Ruhnk. *Bellaria* N. 25. *Bifer* A. 76, Varr. Colum. *Biga* pro bigis C. 39. T. 26. Dom. 4. Verg. Bijugis, -e curriculum Cal. 19. Verg. Ovid. *Bimulus* = puer duorum annorum Cal. 8. Catull. *Brachium*, transl. positum de inanimis rebus, circumdato brachio = aggere Cl. 20. Poetæ, Livius, Auct. b. Alex., Afr. ita locuti sunt. *Breviarium* = rationarium A. 28, liber, in quo rationes totius imperii perscriptæ erant Galba 12. Vesp. 21. Gr. 10 = summarium, epitome A. 101.

Cælatura carminum = fabulæ carminum insculptæ N. 47. Quint. Plin. *Calator*, servus publicus, apparitor sacerdotis Gr. 12. Serv. ad Verg. Georg. 1. 268. Calcearium, pecunia militibus ad calceos comparandos data Vesp. 8. Dig. *Calco*, calcata lacinia togæ Cal. 35. Cato, Varro, Col., Plin. minor Poetæ. *Calor* (transl.) dicendi Rh. 6. Quint. Calvities pro calvitio G. 20[1]). *Captura* = capta præda A 25, = merces Cal. 40. Plin. minor. *Capillamentum* Cal. 11 = "coma adscititia" Ruhnk. *Carpentum* Cal. 11. Cl. 11. Liv. Tac. Poetæ. Carruca N. 30. Plin. Major, Mart., Dig. *Causari* pro "causam afferre, prætendere, excusare, Cal. 44. causari imbecillitatem Tac. Liv. Curt.; sequente acc. inf. causatus nondum adesse horam N. 49. Liv. Curt. Gell.; sequente quod Cal. 23. Dig. *Cavare* solum A. 43. Liv. Plin. minor. Varro Verg. *Cedere* i. q. procedere. succedere Cl. 34. A. 91. Nep. Poster. Poetæ, N. 33. quum opinione tardius cederet venenum (verkade). *Celeber* de hominibus N. 7; id quod a veterum consuetudine alienum est [2]). *Cerebrum* (transl.) pro mente Cal. 50. Phædrus Hor. Sat. 1. 9. 11; 2. 3. 5. *Cerritus* = insanus A. 87. Hor. Sat. 2. 3. 287. Plautus, Posteriores. *Cervix* pro cervicibus, Livio præeunte, Suetonius sæpissime. Ciceronem et Sallustium semper pluralem formam adhibuisse Krebsius [3]) auctor est, quæ forma etiam apud Suet. est Galba 11. A. 67. Cl. 30. Vit. 17. injecto cervicibus laqueo. *Cervical*, N. 6. pro eo quod usitatius est pulvinus. Poetæ. *Cessare* de inanimis rebus Suetonius nonnullis locis habet velut A. 42. cultura agrorum cessaret (= negligeretur), T. 61. nullus a poena hominum dies cessavit (= vacuus fuit) C. 76. Cessans honor = (vacant) vacuus C. 76, Liv. Sen. Poetæ. *Cetra*, breve scutum Cal. 19. Liv. Verg. Lucan.

---

[1]) Rothius voces: præ calvitie omisit.

[2]) Cfr tamen Liv. 4. 54. 3. celeberrimi nominis duces (= clarus, amplus); Cicero opponit huic voci desertum.

[3]) Cfr Neue 1 p. 466.

Tac. *Chirographum* rara significatione [1]) i. q. promissio scripto data — jurejurando et chirographo cavere Cal. 12. C. 17. Dom. 1. Dig. *Cibare* pascere, alere T. 72. Colum. Liv. *Cinctura* C. 45. Quint. 11. 3. 139. = *Cinctus* N. 51. Verg. Liv. Posteriores. *Circius* ventus Cl. 17. Vitruv. Seneca Plin. h. n. 2. 47 = ventus septentrionalis. *Circumagere* Cato N. 31. rotunda coenationum præcipua quæ perpetuo diebus ac noctibus vice mundi circumageretur [2]); translata vi C. 70. circumagere et flectere milites; translatio ducta est a re equestri, nam eques equum proprie dicitur circumagere et flectere Livius Plin. minor. *Circumcise* = breviter (συντόμως) Macrob. Sat. 5. 1; circumcise ac sordide declamare opp. splendide atque adornate Rh. 6. Quint. 8. 3. 81. *Circumponere* C. 30. Celsus Plin. minor Tac. Hor. Sat. 2. 4. 74. *Circumsæpire* N. 31. 50. Colum. Dig. Liv. 1. 49. 2. armatis corpus circumsæpsit. *Circumspectus* dicitur qui circumspicit et considerat quid faciendum sit, inde i. q. prudens T. 21. Cl. 15. modo circumspectus et sagax, modo inconsultus et præceps. Quint. Celsus [3]). *Circumstruere* Dom. 4. lacu circumstructo Colum. Dig. *Circumtondere* A. 45. Varro Petron. Seneca. *Circumvertere* Vit. 2. Plaut. Ovid. Quint. *Circumvolare* A. 97. Hor. Verg. Quint. Justin. *Cirrus* (πλόκαμος) N. 45. statuæ ejus a vertice cirrus appositus est. Plin. major Mart. Juven. Phædrus. *Civilis* sæpe (jam a Livio) i. q. popularis, apud arg. ætatis scriptores i. q. humanus, modestus, comis; sæpissime ita Suetonius locutus est velut. Cl. 1. civilis animi creditur fuisse, Dom. 12. Cal. 3. Similiter A. 51. Cl. 35. civilitas pro humanitate, urbanitate, comitate; et Quintilianus quidem habet civilitatem eadem significatione qua civilem scientiam. *Civitas* duobus locis Vesp. 4. 17 [4]) pro urbe ap. Suet. invenitur, Seneca. Tac. Ann. 6. 42. Quint.; quæ quidem significatio, quam jam prisci Latini huic voci subjecerunt [5]), "Tiberii demum ætate in Latinorum consuetudinem venit" Ruhnk. *Clarescere* pro eo quod est clarum fieri, nobilitari N. 1. Gr. 17. *Coalescere* proprie dicuntur arbores, plantæ A. 92. Sall. Jug. 93. Liv. Quint. Tac. Vell. Paterc. (de pacis conditionibus dictum) [6]). *Coaxare* de ranis A. 94. Auctor philom. 62. Spartian. Get. 6. *Coccum* N. 30. Quint. Mart. Hor. Celsus. *Coenatio* (de loco ubi coenatur) = coenacula N. 31. coenationes laqueatæ,

---

[1]) Cfr Cic. ad Fam. 7. 18. 1. cautionem sui chirographi alicui mittere.

[2]) "v. Umschwunge e. Sache in sich selbst, vorzugsw. seit Livius" Klotz.

[3]) Ita circumspectio apud Ciceronem Acad. 2. 11. 35.

[4]) Vesp. 4. secessit in parvam ac deviam civitatem Vesp. 17. civitates terræ motu aut incendio afflictæ.

[5]) Klotz.

[6]) Cfr Östling de elocutione Vellei Paterculi p. 19.

N. 31. præcipua coenationum rotunda, Colum. uterque Plin. Petron. Mart. Seneca. *Coepisse*. Activam formam nisi duobus [1]) locis (T. 17. moveri coepit, C. 26. expleri coepit) infinitivo passivi Suet. non adjungit, quæ quidem structura apud Livium rarior est. Seneca, Celsus, Sallustius — hic tamen uno loco (Jug. 27. 2) excepto — constanter infinitivum passivi cum perfecto "coepi" conjungunt, Cicero autem cum perfecto "coeptus sum" [2]). Infinitivo non addito Cal. 46. nemine opinante, quidnam coepturus esset, Vesp. 9. templum coeptum ab Agrippina, quæ scribendi consuetudo nonnumquam a Livio, frequentissime a posterioribus usurpata est. *Coeptare*, vox bis (Fin. 5. 9. 24; Aratus 131) a Cicerone usurpata, sæpissime apud poetas et Tacitum invenitur, semel (Otho 11) apud Suetonium. *Coercitio* Cl. 38. A. 45. Posteriores inde a Livio hac voce usi sunt. *Coactio* -nes argentarias factitare Vesp. 1. Gai. *Cognominis* adj. = cognominis ejusdem Vit. 2. cognomines filios, Otho 1. Verg. 6. 383. Vell.[3]) Plaut. Liv. Plin. minor. *Cognominare* Hac arg. ætatis voce utitur Suetonius duobus locis A. 7. T. 17. *Cognitura* = munus cognitoris Vit. 2. Cfr Ruhnk. Gai. 4. 83. 124. Paul. Sent. 1. 2. 2. *Cohorrescere* -it corpus T. 21. Otho 10. *Cohors* amicorum Cal. 19. N. 5. Galba 7. Lucan. *Coitus* vox arg. æt. pro concubitu semel (Cal. 25) apud Suetonium invenitur. *Colere* de ornatu corporis N. 32. C. 67. Petron. 32. Poetæ Posteriores. Similiter cultus C. 44. 24. Nero 20. 51. sæpius. Poetæ. *Collabor* quæ vox, Livio, poetis, posterioribus usitata, nonnullis locis apud Suet. invenitur velut N. 42. Cal. 21. Cl. 25. A. 30. *Colluctor* Dom. 17. Colum. Plin. minor. Gell. *Comissari* (*κωμάζειν*) Dom. 21. Cal. 32. Liv. Curt. Quint. Poetæ. *Comitialis* morbus, *ἐπιληψία*. C. 45. Cal. 50. N. 33. *Commemorare* insolenter positum pro "meminisse" [4]). A. 45. rumoris causa quo patrem vulgo reprehensum commemorabat. *Comminari* C. 14. 62. Cal. 22. Liv. Dig. *Commentari* rara significatione = interpretari Gr. 2 legendo commentandoque Gell. 1. 9. Vide Krebsium sub voce "commentarius." *Compescere* i. q. coercere, cohibere multitudinem C. 16. A. 45. T. 36. 37.

---

[1]) Vell. (uno loco 1. 8. 3), Quint. ita locuti sunt, cfr Östl. p. 19, Törnebladh p. 17.

[2]) "Unus infinitivus fieri (Brutus 27. 106. Plura fieri judicia coeperunt) adsciscit perfectum activi, quia verbum fieri proprie non est passivum." Kühner Tusc. 1. 13. 29. Cfr. Cic. Fam. 14. 18. 1 si quæ rapinæ fieri coeperunt. Cfr præterea Dræger Histor. Synt. p. 137.

[3]) Vide Östl. p. 19.

[4]) Cfr Cic. Senect. 11. 38. quid quoque die dixerim, commemoro vesperi.

Cal. 1. Posteriores et Poetæ. Cicero [1]), Cæsar, Livius, Sallust. hanc vocem quod sciam non habent. *Competere* alicui pro "convenire in quem (quid)" Otho 12 tanto Othonis animo corpus aut habitus non competiit, C. 40 messium feriæ æstati [2]) competerent, absolute positum A. 31 si cujusquam competeret ætas. Ita Posteriores locuti sunt; = valere apud Sallust.. Liv., Tacitum (3. 46 oppidani neque oculis neque auribus satis competebant) [3]). *Conceptus* [4]) Vit. 8 triclinium flagrat ex conceptu camini [5]). Plin. major. *Conciliator* affinitatis atque amicitiæ A. 44. Nep. Att. 12. 2. Liv. 27. 15. *Conciliare* de conjungendis nuptiis vel legitimis vel furtivis C. 50 existimabatur Servilia filiam Cæsari conciliare Plaut. Ovid. Catull.; nuptias conciliare Justin. Nep. Att. 5. *Concremare* epistolas Otho 10. Cal. 15. Livius sæpe. Seneca Plin. minor. *Concubinatus* nuptarum = consuetudo cum nuptis N. 28. Plaut. Dig. *Condicere* coenam alicui T. 42. Cl. 21. Plaut. Cic. fam. 1. 9. 20 = invitare se ipsum ad coenam. *Conditorium* (*λάρναξ*) "arca, in qua conditum est corpus" Ruhnk. A. 18. Cal. 52. Plin. minor. *Condormire* A. 78. Plautus. Capit. Ver. Hyg. Fab. 125. *Conferre* (*συμφέρειν*) ut apud sol. or. scriptores arg. ætatis s. i. q. prodesse vel dativo sequente vel "ad" T. 14. Vesp. 6 plurimum coeptis contulerunt. *Collatio* i. q. "pecunia a pluribus collata maxime quæ a populo Principi dono afferebatur" BC. Cal. 42. N. 38. 44. Tit. 7. Liv. Tac. Plin. minor. Apud Cic. i. s. q. comparatio. *Confiscare* = in fiscum redigere. "Hoc verbum Augusti tempore natum est. Is enim fiscum Principis instituit, cum ærarium esset populi. Confiscare autem non solum ad rem" — velut Cal. 16. Dom. 12. Aug. 101 — "sed etiam ad personas refertur Tib. 49 confiscatos Principes. Cal. 41. Dig. Sic etiam publicari" et proscribi "homines dicuntur" Cl. 25 et "Cic. Dom. 8 cum lege nefaria Ptolemæum publicasses" Ruhnk. *Conflagratio* Vesuvi montis Tit. 8. Seneca Lactant. *Conflare* propria significatione statuas A. 52. 71. N. 32. Galba 12. Plin. major Quint. Verg. Optimi nisi transl. signif. hoc verbo non utuntur. Cfr N. 36 conflare conjurationem. *Confodere*, vox Poetis, Varr., Liv., Sall., Posterioribus usitata, frequentissime invenitur apud Suet. *Confrico* Cl. 8 faciem sibi Plaut. Colum. Plin. major. *Congruentia* pro consensu,

[1]) Cfr Quint. 11. 3. 169. "nach Cic. Rab. perd. 6. 18, wo jedoch continetis st. compescitis steht." Klotz.

[2]) Alii velut Rothius æstate.

[3]) Cfr Östling de elocutione Sallustii. p. 25.

[4]) De variis signifiationibus h. vocis vide Klotz.

[5]) Cavallin: genom antändning från. Klotz: quod caminus ignem conceperat.

consensione, convenientia dicitur Otho 2 congruentia morum. *Conjectare* N. 40 nihil conjectans de ætate, Cal. 57. Liv. Posteriores. *Conqueror* absolute positum ut dicitur C. 20 postero die in senatu conquestum. Poetæ[1]). *Consæpire* bustum N. 33[2]). *Consauciare* vox rara N. 26. A. 20. Cornif. ad Her. 4. 19. 26. *Conserere*. monile gemmis consertum Galba 18. Verg. Tac. Liv. Curt. Optimi scriptores h. verbo nisi conjuncto cum manu non utuntur sive de re militari, sive de forensi (in jure, ex jure). *Consocer*, pater generi mei vel nurus meæ Cl. 29. Dig. *Consortium*[3]), si a duobus libertis in consortium reciperetur (= societatem) Cl. 28. Liv. Posteriores. *Conspicuus*, *-um* facere A. 45 = facere ut spectatores oculos in aliquid convertant. Similiter Cl. 4 ne quid faciat, quod conspici possit. Ita Livius sæpe. *Conspirare* apud S. ut apud nonnullos rerum scriptores in malam partem usurpatur maximeque participium perfecti substantivi loco C. 82[4]) N. 43 cet. *Conspurcare* (sensu obscoeno) N. 35. Lucret. Colum. *Consternatio* C. 20. Cl. 12. Cal. 51. Liv. Val. Max. Tac. Curt. *Consterno* I., vox Livio, Cæsari usitata, sæpissime apud Suet., numquam apud Ciceronem[5]). *Consummare* (ἀποτελεῖν) Cal. 44 stipendia, C. 30 opera, pro quo Cicero habet absolvere, perficere, ad summum perducere (Leg. 1. 8. 25). — Liv. et sæpissime Quint. "Consummare proprie est summas rationum colligere et in unum coacervare. Quod quia in rationibus conficiendis ultimum est, consummare ponitur pro absolvere, perficere", Ruhnk. *Consurgere* ad res novas i. q. movere res novas C. 9 ut foris ille, ipse Romæ ad res novas consurgerent Liv. Poet. Poster. *Contemptus* pro contemptione dicitur et activa vi velut N. 39 contemptu omnis infamiæ, Vit. 14[6]); satis sæpe Quint., et passiva velut Cl. 15 contemptui esse; ita semper Cicero et Cæsar. *Contentus* Suetonius et Posteriores poetarum more infinitivum huic voci subjungunt, quæ structura ab optimis prorsus rejecta est, qui semper

---

[1]) "Conqueror steht nirgends in passiver Bedeutung und nur einmal neutral bei Sueton", Krebs.

[2]) Aliis locis nisi in participio perfecti non reperitur Klotz.

[3]) Cicero habet consortionem, usitatissima tamen est vox societas.

[4]) Cfr Bremi ad h. l.; Madvig Spr. 110. 3.

[5]) Cfr Östling, not 5. et Georges Handw. consterno 11 (fin.). "Ein Depon. consternor = consterno nimmt Prisc. p. 830 P. irrthümlich an in der Stelle Sall. Hist. fr. 1. 96 (98): equi saucii consternantur (d. i. werden scheu)."

[6]) Tac. Ann. 4. 38 c. famæ.

dixerunt: satis habere [1]). *Contentus*, -i oculi = intenti T. 7. Prop. l. 3. 9 Poetæ, corpore Cic. Tusc. 2. 23. *Contradicere*, nescio an præiverit Quintilianus, omnes fere posteriores scriptores habent pro eo quod est apud veteres: dicere contra; Suet. nonnullis locis velut Rh. 1. C. 18. *Contrectare* propria significatione s. i. q. manu tractare N. 34 membra, Dom. 1 (sensu obscoeno) uxorem. Seneca Tac. Poetæ. Cicero translata vi h. voce utitur. *Contribuere*. numquam Ciceroni, semel (B. C. 1. 60) Cæsari hæc vox usitata est. Jam inde a Livio frequentior est. Suetonius semel (A. 48) eam usurpavit. *Contubernium* proprie dicitur communis habitatio in eodem tentorio. Solebant enim nobiles adolescentes contubernio ducum uti artis militaris discendæ causa, unde de conditionibus, quæ inter ducem et illos intercedebant, dicebatur, tum argentea demum ætate de convictu omnino et familiaritate, sæpissime ita Suetonius velut A. 89. T. 14, 56, postremo sensu obscoeno (pro concubinatu) dicebatur velut Cal. 36 stupratum a se ac latera sibi contubernio ejus defessa, C. 49 cet. Petron. Dig. *Contus* Cal. 32. T. 62. Tacitus. Poetæ. *Convalescere* audaciore quadam translatione dicitur A. 42 annona convaluit i. e. abundantior facta est; Quint. Ovid. Petron. Justin. Curt. Cicero nisi de animantibus h. voce non usus est. *Convellere* de morbo T. 72 latere convulso; Quint. 11. 3. 20 fauces convulsæ. Colum. Lucret. Plin. major (convulsa -orum). *Conventus* circumire C. 7, agere Cæsar et Cicero, peragere C. 30. *Converberare* N. 42. Seneca. Curt. Plin. maj. *Convicior* T. 63. Liv. Quint. Optimi: conviciis insectari. *Convictor* = conviva, sodalis; convictores Græculi T. 56. Hor. Ovid. Seneca Cic. fam. 16. 21. 5. *Coprea* dicebatur scurra vilissimus et contemptissimus T. 61 nano adstante inter copreas, Cl. 8. *Corniculum* Gr. 9. Per metonymian est munus cornicularii. *Corripere* 1) = reprehendere sæpissime apud Suet. et optimos scriptores, excepto uno Cicerone; 2) = imminuere Dom. 4. T 34 impensas. Quint. *Crux* cruci figere Dom. 10. 11. optimi: cruci affigere, Cic. Fin. 5. 28. 84. in crucem agere. *Cubitalis* -i majus simulacrum Galba 4. Liv. 24. 34. 9. Plin. *Cucumis*, cucumeris frustum A. 77. Plin. Varro Colum. *Culpare* = vituperare, reprehendere C. 72. Vesp. 16. Quint. Plin. minor Poetæ. *Cultrarius* Cal. 32 i. q. victimarius, minister sacerdotis in sacrificio. *Cunctanter* A. 94. T. 6. Liv. Plin. minor Tac. Curt. *Cunctari* sequente an pro deliberare C. 81. A. 8. Cal. 58 sæpius, C. 80 -u-

---

[1]) Madvig 389. anm. 3.

trumne -an [1]). *Cuneus* "a forma dicitur ordo subselliorum in theatro" Ruhnk A. 44. Dom. 4. Vitruv. 5. 6. 2. Verg. Georg. 2. 509. Juven. 6. 61. *Cupido* pro cupiditate, qua utitur Cicero, Cal. 42. N. 55. quæ vox frequentata a Sallustio et poetis, rarior apud Livium, Tac., Quint. Curt. est.

Damnosus = damnum afferens T. 52 victoriæ reipublicæ damnosæ N. 31 = prodigus Post. Liv. *Dapsile* = large, copiose Vesp. 19. Alii aliter BC. *Debellare* Livius impersonaliter passiva forma (= debellatum esse) usurpat pro "bellum conficere", Suetonius et Posteriores poetarum more pro "devincere, bello superare" T. 17, N. 43 non posse Gallias debellari nisi a consule. *Decedere* insolenter pro cedere, succedere usurpatum est C. 24 prospere decedentibus rebus [2]). *Decēris* [3]) -es Liburnicas Cal. 37 = naves decem remorum ordinibus ornatæ (*δεκήρεις*). *Decimare* = decimum quemque ad poenam legere A. 24. Cal. 48. Galba 12. Frontin. Strateg. Macrob. [4]). *Decollar* Cal. 32. Aurel. Vict. Scribon, Veteres: securi percutere, ferire, capite punire [5]). *Decurrere* [6]) Cl. 1. *Decursio* (Cal. 18) dicebatur quum milites circa rogum clari viri currerent [7]). *Decursus* = finis cursus N. 24 destitit ante decursum. Cicero translata vi utitur. *Dedicare* apud veteres = Deis consecrare (templa, ædes simil.), Augusti ætate etiam = auspicari usum alicujus rei A. 43 theatrum, Vesp. 19. N. 31, uterque Plin. Dig. Similiter theatri dedicatio Cl. 21 Vit. 13. Cal. 32 Liv. Plin. minor. *Deducere* de feminis, quæ matrimonii causa domum deducuntur, Cal. 25 N. 28 [8]). Plautus. *Deductus* A. 79 nasus ab imo deductior = tenuis (Casaubonus). Alii aliter *Defector* -es (= *οἱ ἀποστάντες*) N. 43. Tac. Justin. *Deficere* = mori, in hac voce defecit A. 99. N. 49. Cl. 44. T. 73. Plin. ap. Suet. *Deformiter* vivo N. 49. *Defungi* proprie usque ad finem fungi. Ut apud poetas "vita defungi" sic apud Suet. "morte defungi" s. i. q. mori C. 81 neque sua morte defunctus est; inde defungi simpliciter i. q. mori A. 99 maximeque in participio perfecti

[1]) Vide quæ de particula an disputabo.

[2]) Lectio tamen incerta. Grævius legere mavult dein cedentibus.

[3]) ex Turnebi emendatione pro "de cedris".

[4]) Cfr Liv. 2: 59, 11.

[5]) "Hoc supplicii genus, ignotum priscis Romanis, demum sub imperatoribus natum est cum ipso verbo decollare. Lucan. 8: 673. — nondum artis erat caput ense rotare." Ruhnk.

[6]) Cfr Tac. Ann. 2: 55.

[7]) Cfr Ruhnk. Cl. 1.

[8]) Cfr C. 50, Tertia deducta est (duplici sensu).

pro mortuo C, 6. A. 8, 61. T. 6, 51; sæpissime ita Suet. Quint.[1]). Plin. minor Tac. Verg. Ovid. *Deglubere* pecus (*ἀποδέρειν*) T. 32 Plautus. *Dehonestare*[2]) pro dedecorare, ignominia afficere, remisse quid vel serio agentem multa dehonestabant Cl. 30. Tac. Sen. *Dejerare* pro jurare Cal. 24, 27 Plautus. *Delator* imperatorum temporibus dicebatnr accusator, præsertim clandestinus. Frequentissima vox argentea ætate. *Demandare* alicui aliquid Liv. Justin. sæpissime Sueton. *Demereo* vel demereor Liv. semel (3: 18), Suetonius nonnullis locis pro "sibi conciliare, mereri" velut A. 8 avunculum demeruit, Vit. 2 = sibi, tamquam merito, devincire, Vesp. 2 Otho 4 Cl. 40 Quint. Tac. Vell. P.[3]) Plin. Minor. Colum. Ovid. Plaut. *Deminutio* mentis A. 99 i. q. alienatio. *Denubere* N. 29 cui etiam ipse denupsit Tac. Col. Ovid. *Deparcus* N. 30 sordidos ac deparcos. *Dependeo* C. 80 brachio dependente; quæ vox post Augusti ætatem[4]) in solutam orationem immigravit. *Deperire* amore alicujus Vesp. 22 = aliquam perdite amare, quæ loquendi formula apud poetas[5]) frequentissima est, scriptoribus sol. orationis rarior. Justin. 1, 7, 15, Liv. 27: 15. Curt. 8: 68. Similiter Dom. 3 deperditam Paridis amore. *Deprehendere* = cognoscere mentes Cal. 60, cum acc. c. inf. junctum est A. 44, Juven., Plinius major, sæpissime Quint. *Derepente* T. 23, Vesp. 23, Plaut., Terent. (Livius Tacitus)[6]). *Derisus* = irrisio T. 70 Quint. Phædrus. Sen. Tac. *Derisor* Cal. 38. Hor. Juven. Plin. major. Quint. *Desævire* N. 29 quum affatim desævisset = sævam libidinem exhausisset, vox poetica. *Desaltare*, desaltato cantico abiit Cal. 54 = usque ad finem perducto. *Desiderium* *-a* militum A. 17, 53, 94. Tit. 8 proprium hujus ætatis verbum, pro quo Cicero postulata dixit. *Desidere* = otiosum esse C. 4. Plaut. Terent. Sen. Quint.; C. 2 desedit apud Nicomedem, C. 2. Rh. 1 = diutius commoratus est. *Desinere* insolenter cum acc. jungitur T. 36 desinere artem = non amplius exercere. Jam Cicero[7]) ita locutus est, Verg., Sall. Hist. 1. 25 bel-

[1]) Törnebladh de Elocutione Quintiliani p. 17.

[2]) Dehonestamentum pro dedecore apud Sallustium, Senec., Tac. Justinum invenitur.

[3]) Cfr Östling, p. 20.

[4]) Livius tamen uno loco (42: 28) habet: "laqueo dependentem invenere."

[5]) Velut Propert. 2. 23, 19. Ut Semela est combustus ut est deperditus Io.

[6]) Lectiones tamen variæ.

[7]) Fam. 7. 1. 4. libenter mehercule artem desinerem.

lum desinere (facere finem). *Desolare* in participio perfecti pro deserere, destituere, vastare, Cal. 12 deserta desolataque reliquis subsidiis aula. Poetæ. Tac. Plin. minor [1]). *Desponsare* C. 7. Cal. 27 desponsata filia rarissime pro desponsa Aurel. Vict. Orig. 13. *Destillatio -nes* A. 81 Celsus. Plin. major. *Destinare.* Hoc verbum, cujus Suetonio frequentissimus usus est, proprie est alligare, ut apud Cæsarem B. G. 3. 14 funibus antennas ad malos destinare; inde transl. vi est constituere, ut apud Suet. Tac. Plin. minorem, etiam de magistratibus eadem fere signif. qua designare apud Cic. et Livium. Flamen Dialis destinatus C. 1. Cal. 12. T. 31. Dom. 10. *Destructio* murorum Galba 12 Quint. *Desumere* sibi aliquid = suscipere A. 31 desumpta sibi via munienda. Liv. Tac. Plin. minor. *Deterrere* T. 47 plerosque modestia; poetice (Hor. Ep. 2. 3. 392) dictum pro eo, quod habet Cicero a vel — id quod rarius est — de aliqua re Sall. Jug. 98. 5 deterrere proelio. *Devellere* (sensu obscoeno) concubinas Dom. 2. Plaut. Tac. *Deversorius -a* taberna N. 27. Plautus; Cicero: deversorium. *Devovere*, devotus pro dedito dicitur C. 67 quibus rebus devotissimos sibi reddidit, T. 67. Cal. 30. Sen. Phædrus. Juven. Cæsar. B. G. 3. 22. 1 devotus substantivi loco positum est. *Devotio -nes* = carmina magica Cal. 3 veneficiis quoque et devotionibus impugnari se [2]). *Dextans* = decem partes assis N. 32 Varro Colum. Plin. major Vitruv.-Cic. (Sest. 25. 55): semissis et triens, Fam. (13. 29. 4) pars dimidia et tertia. *Dicere* poetarum more pro eo quod est cantare, Vit. 11 ut aliquid et de Domitio diceret. Horatius ita sæpissime locutus est. *Diffidere* jungitur cum abl. [3]). C. 3 occasione diffisus. Cæsar B. C. 1. 12 voluntate, rectius voluntati. Vide Krebsium. *Diffringere* C. 37 axe diffracto [4]), A. 17. *Dignari* (ἀξιοῦν) = dignum aliquem putare. Hanc significationem ei subjecerunt Posteriores (Suet. Tac. Sen. Curt.). Apud Ciceronem enim passivam vim habet, apud Livium et Cæsarem non item. Cum infinitivo a Suetonio sæpe conjungitur. *Dignatio* (ἀξίωσις) jam inde a Livii ætate sæpius pro

---

[1]) Nipperdey Tac. Ann. 1. 30 nonnulla exempla protulit.

[2]) "Sæpe ita veneficia et devotiones conjunguntur, quod qui carmina ac devotiones adhibebant, his fere venenum addere solebant" Ruhnk. Plura de h. re vide apud Nipperdey T. A. 2. 69.

[3]) Dræg. Hist. Synt. p. 516 dicit, primos arg. æt. scriptores ita locutos esse, cfr Seyffert ad Lælium p. 306, Reissig-Haase p. 699 nota 564: "bei Frontin, Tacitus, Sueton u. A. ist diffidere mit dem Abl. unbedenklich."

[4]) Rectius ita quam defracto. Diffringere enim est axem medium dirumpere, defringere = partem axis abrumpere Ruhnk.

dignitate, semel apud Ciceronem (Att. 10. 9. 2. ed. Orelli, 2) invenitur. Krebs. Apud Suetonium duas habet significationes, quarum una est passiva (= dignitas), mansitque apud eos non sine summa dignatione C. 4. Galba 7. Dom. 2. Posteriores; altera activa, Cal. 24 reliquas sorores dignatione dilexit [1]). *Dignoscere* Otho 12 pro eo quod est discernere, internoscere. Quint. Colum. Tac. Plin. major. Poetæ. *Dimovere* Galba 19, Tit. 10. Cels. Tac. Sall. Poetæ. *Discinctus* = ademto cingulo quo saga cingebant A. 24. 100. Poetæ. Liv. Justin. Cicero: transl. significatione. *Discrepat* impersonaliter positum est frequentissime apud Livium, duobus locis apud Sueton. Vit. 2, Cl. 44 discrepat ubi. *Disjicere* transl. vi C. 42 exspectationem, T. 63 oracula; pacem, consilia Liv. Corn. Nep. Vell. Verg. *Dispandere* vox Plautina, Dom. 19. Dispansa dextræ manus palma. *Dispensator* servus rei familiari, maxime pecuniariæ præfectus, A. 67. N. 44. Vesp. 22; dispensatio = munus dispensatoris Otho 5. Vesp. 23. Plin. major. Quint. Varro. *Disseco* Cal. 27. Plin. major, quæ vox rara est pro "secare". *Dissimulare* N. 37 dissimulata Senatus mentione eadem fere vi qua silentio præterire. *Distentus* i. a. cibis refertus Cl. 32 madens ac distentus, uber distentum Hor. Quint. Plin. Paneg. *Distrahere* i. s. q. divendere Cal. 39. Vesp. 26. Tac. Ann. 6. 17. 7. Justin. Gell. Dig., = dissolvere C. 42, = dirimere C. 85. Cic. *Ditare* = locupletare N. 6. Galba 5. Livius Poetæ. *Diversitas* [2]) pro dissensione Cal. 8 incertum diversitas tradentium facit, Quint. Tac. Sen. uterque Plinius. *Diversus* pro adverso, contrario sim. sæpe ap. Suet. invenitur velut C. 1. diversæ partes Liv. Post. Cic. Acad. pr. 2. 32. *Donare* pro eo quod usitatius est condonare A. 5 quum peteret donari quasi proprio suo ac peculiari Deo. Sil. 15. 103 iram patriæ. *Donativum*, quæ vox Cæsarum demum temporibus in sol. orationem immigrabat, vocabatur munus, quo milites donabant imperatores. Postea congiarium intelligebant munus populo datum, cui verbo veteres script. vim muneris, vel populo dati vel militibus, subjecerunt. Suet. frequentissime h. verbis utitur. *Dos*. Dotes animi exsplenduerunt Tit. 3 = virtutes, Cal. 3. Poetæ [3]). *Ducenarius* -*ii* judices A. 32, qui tantum ducena sestertia possidebant, non, ut ceteri, quadringena; ducenarii procuratores Cl. 24 quibus salarium annuum erat ducenorum sestertium. Plin. major. *Ducatus* vox arg. ætatis i. q. im-

---

[1]) Cfr Bremi ad h. l. Berger Stilistik § 8.
[2]) Cfr Krebs.
[3]) Cfr Cic. de or. 1. 55. 234 verborum dote.

perium ducis T. 19. N. 35. Just. *Duracinus -a* uva A. 76 quæ duros habet acinos, Cato. Plin. major. Colum. Mart. *Durare* pro eo quod est manere apud Suet. et posterior. et poetas. Livus primus (uno tamen loco 1. 9) ita locutus est.

Edere, candidatos edidisset (alii dedisset) C. 41. Vit. 3 pro eo quod est nuncupare, sæpissime apud posteriores edere ludos pro "facere". *Efficax*, quæ vox a Ciceronis et Cæsaris consuetudine aliena est, uno loco (Cal. 3) apud Suet. invenitur; efficacitas vero apud Ciceronem Tusc. 4. 13. 31 invenitur. *Effundere* A. 98 effusus est in jocos, Cal. 32. Livio præeunte sæpissime ita locuti sunt Posteriores. Optimi: effundere, tollere simil. cachinnos simil. *Egelidus -a* aqua = "quæ de gelu aliquid remiserit" Ruhnk. A. 82. Cato. Ovid. Colum. Celsus. *Egestas* cum genitivo objectivi junctum Vit. 7 egestate rei familiaris pro inopia; nam Cicero semper egestatem absolute ponit; id quod apud Suet. Cl. 16 "objicere cui egestatem" invenitur. *Egestio* N. 38. Cl. 44. Plin. minor per translationem pro effusione ponit. *Egredi* [1]) sæpissime cum abl. sine præpositione jungitur velut A. 91, ita posteriores; cum accusativo (transl. signif.) pueritiam A. 63. Galba 3. Ita Cæsar, Livius, Posteriores. *Emendico* C. 54. A. 91. Sen. Cod. Theod. *Enasci*, jam a Livii ætate usitata vox, A. 94. Dom. 23. *Enitor* poetarum more Liv., scriptores arg. æt. usurpant pro "parere" N. 23. Cal. 25. *Enormis* pro immenso, maximo simil. Cal. 50 corpore enormi, Vit. 17, vox arg. æt. scriptorum. *Enotescere*, quam vocem veteres non cognoverunt, pro eo quod est clarum fieri simil., Sueton. et æquales aliquot velut Plinius minor, Tac., Seneca usurparunt, Otho 3 qui tamen sic quoque hoc disticho enotuit. *Epulatio* Cal. 18. Colum. Petron. Lucil. Val. Max. *Equile* C. 55. Cato Varro. *Eques* i. q. apud Ciceronem equester ordo, equites; inter plebem et equitem causam discordiarum serens Cal. 26. A. 34 sæpius. *Eradere* Cl. 16. Dom. 8. 23. Varro. Colum. Tac. Poetæ. *Erepere* (clam escendere) T. 60. Varro, Val. Max, Sen., Poetæ. *Erumpere*, mox in omne genus crudelitatis erupit T. 61., quæ quidem ratio dicendi, Livio præeunte, a posterioribus frequentissime usurpata est [2]). *Evidenter*, evidentissime T. 45. Liv. *Evigilare* i. s. q. expergisci A. 78. Cl. 33. Vesp. 21, G. 4. Quint. Plin. minor. Stat. *Evilescere* Cl. 15. Val. Max. Tac. *Evincere* precibus T. 37. Tac. Ann. 4. 57. Posteriores. Poetæ.

---

[1]) Cfr In vitam Terentii Commentarius F. Ritschelii p. 516; Dræger Histor. Syntax p. 471.

[2]) Vide Krebsium.

Livius 2: 4; 5: 26; 3: 4. *Exacerbo* vox Liviana, G. 16. T. 62, 75. Vit. 14. Cicero: irritare, ira incendere. *Exactus* pro diligenti, accurato T. 18 exactiorem curam præstitet Hor. Quint. *Exæstuo* = æstu exundare A. 18. Nilus exæstuat. T. 62 nimis incalesceret, nimis exæstuaret. *Examen* = lingua stateræ Vesp. 25. *Exanimis* jacuit C. 82. Liv. Plin. major. Tac. Poetæ pro exanimato. *Exardescere* [1]) de pretiis rerum i. q. vehementer augeri T. 34 pretia vasorum in immensum exarsisse. *Exarmare,* vox arg. æt. scriptorum, Dom. 15 = armis spoliare, exuere. *Exauctoro* A. 24. T. 30. Vit. 10. Vesp. 8. Frequens apud rerum scriptores verbum est. *Excalceo*, alicui pedes præbere excalceandos Vit. 2. Vesp. 8. Vell. Varro. Mart. Seneca de re scenica. *Excedere* cum acc. jungitur apud Livium et Posteriores præcipue transl. significatione (ut egredi); apud Ciceronem vero et Cæsarem propria vi cum præpositione ex vel cum abl. T. 29 excesserat humanitatis modum, Cal. 22. Frequentissime ita Suetonius. Præterea utitur Suetonius verbis excedere (A. 5. Cl. 45. Vesp. 2. Tit. 11) et excessus (T. 22, 70. Cal. 1. 9. 48. N. 5. Vesp. 3) eadem signif. qua mori, mors, nullo addito vocabulo "vitæ". Cicero: excedere e, de, a vita, raro excedere vita [2]). *Excidere* formula Cl. 14 i. s. q. litem perdere, causa cadere, ut loquitur Suetonius Cal. 39 [3]). *Excire*, exciente buccina Cl. 21. Cal. 43 quæ vox, præcipue poetarum et rerum scriptorum, haud scio an nullo loco apud Ciceronem et Cæsarem reperiatur. *Excolere* eadem vi qua exornare ante arg. ætatem vix invenias A. 29 urbem excoluit, Cl. 21 circo exculto carceribus et metis, C. 84. N. 28, bis A. 72, Cicero semper transl. significatione. *Excresco* G. 21. Transl. vi Vit. 10 series litium excreverat Colum. Quint. Plin. Major Tac. *Exercere* Græcorum more pro eo quod est "se exercere, exerceri" C. 26. A. 98 ephebos exercentes. *Exhibere* liberalitatem, moderationem, clementiam simil. pro eo, quod est usitatius, præstare, sæpe apud Sueton. et Posteriores invenitur. Vit. 17 "quum Cajo ministratorem exhiberet" [4]) eadem vi qua præbere se. *Exhortari* pro adhortari C. 33. Posteriores Col. Sen. *Exigere* proprie

---

[1]) "Notat omnino exardescere a parvo initio, ut e scintilla, in maximum excrescere" BC. Similiter ap. Varronem excandefacere, ap. Plin. majorem flagellare invenitur. E Vellejo affert Östling exemplum p. 22.

[2]) "Qui vita excesserunt" Brut. 75. 262. Cfr Dræg. H. S. p. 473. Plura de hac re vide Seyffert. ad Lælium p. 49.

[3]) Vide Bremi ad Cl. 14.

[4]) Alii addunt se. Vide quæ de voce ludere disputabo.

dicitur de creditoribus, qui de debita pecunia debitores admonent; inde locutiones, quales sunt, exigere benevolentiam A. 66 [1]), obsides A. 21, votum Cal. 27, poenas Cl. 34 ductæ sunt [2]). *Existimare* magni A. 40. Nep. Cato 1. 2. magnique opera ejus existimata est; quæ quidem consuetudo dicendi rarissima est. Cfr Aestimare. *Exodium*, "-a dicuntur ridicula quæ Atellanæ fabellæ actibus ad animos recreandos inserebantur" Ruhnk. T. 45. D. 10. Juven. 3. 175. Liv. 7. 2. 11 [3]). *Exolescere*, qua voce, præeunte Livio, Posteriores per transl. usi sunt eodem modo quo "oblivione obrui, evanescere" Rh. 1. donec sensim hæc exoleverunt, A. 7 exolescentes literæ. Sæpe ita Sueton. — Cicero (Milo 21. 55) quidem habet p. p. exoletum eadem vi qua puerum impudicum. Sæpissime ita Suetonius. Tac. Mart. Plautus. *Exonerare* stomachum Cl. 33. Vesp. 20. Plaut. Liv. Posteriores. *Exorare* i. q. vehementer orare T. 11. filiæ [4]) patrem. Vox poetis usitata. Cicero habet exorare ut. *Exosculari*, qua voce nemo ante arg. ætatem scriptor usus est, frequentissime in scriptis Suetonii invenitur eadem vi qua vehementer osculari. *Expavescere*, quam vocem Livius (6. 34 ad id) absolute posuit, Suetonius cum acc. conjungit N. 2 mortem, Cl. 36, sæpius, ut Hor. [5]) et Poster. Apud Cic. et Cæsarem hanc vocem non reperias. *Expedire* proprie pedem vinculis eximere, unde per translationem de quavis re, imprimis de re pecuniaria, dicitur, velut C. 4 pecunias expedire = comparare, T. 48 rem expedire = æs alienum solvere. Hæc locutio a Ciceronis ratione dicendi non aliena est velut Div. 1. 3. expedita negotia, Att. 16. 6 nomina mea expedi = exsolve. Similiter dicitur explicare Cic. Att. 12. 29. 2, Suet. Dom. 12 in explicandis oneribus = in expediendis sumptibus. *Expergefacere*. Hac voce Suetonius unus propria significatione usus est et semper in participio perfecti p.; Cicero transl. vi eam habet (Her. 4. 34. Verr. 5. 15. 38) ut Plautus et Lucret. *Exprobratio* Cl. 15. Poster. Ter. Liv. Quintil. Plin. *Expugnare* [6]) per transl. i. q. exorari; expugnatus precibus T. 21. C. 1. Vesp. 22. *Expungere* i. s. q. recensere Cl. 15 decurias ju-

---

[1]) Cfr Cicer. Am. 9 exigere gratiam.

[2]) "Nam qui deliquit putatur quasi debitor esse poenæ legibus constitutæ; judex vero ab eo poenam, tamquam debitum, exigit. Quam ob causam etiam qui punitur poenas persolvere dicitur" Ruhnk.

[3]) Cfr Weissenborn ad hunc locum.

[4]) filiæ est dativus commodi ut dicitur Madv. 241. 1.

[5]) Cfr Dræger Histor. Synt. p. 332.

[6]) Similiter vincere i. q. precibus impetrare C. 1 vincerent ac sibi haberent.

dicum Plaut. Terent. *Exscreo* N. 24. Celsus, Plin., Plaut. Quintil., Tib. Ov. *Exsecutor* i. q. ultor Vesp. 14. *Exsequi* = ulcisci, punire, delicta exsequebatur C. 27. Cal. 12. *Exserere* per transl. pro "ostendere" T. 33 principem paulatim exseruit. *Exspirare* poetarum more, præeuntibus Sallustio et Livio [1]) pro "mori, exstingui" -ne et ego et mater tua exspiremus T. 21. Cl. 34. Posteriores. *Exsplendesco* Tit. 3. Nep. Att. 1. 3. Seneca. *Exsugo* A. 17. Plaut. Varro. Vitruv. Plin. major. *Exsuperare* Vit. 13. Poetæ Posteriores. Liv. Sall. *Extemporalis*, cujus vocis usus apud Quint. et Plinium minorem frequens est, uno loco (A. 84) apud Suet. invenitur: extemporalis facultas. Pro extemporali habet Cicero (de or. I. 33. 150) subitam et fortuitam orationem. Pro extemporali facultate habet Suetonius (Tit. 3) extemporalitatem, quæ vox vix ullo alio loco apud scriptores Romanorum invenias. Optimi habent facultatem ex tempore dicendi. *Extendere* transl. vi positum est Cal. 38 pretia; de tempore dicitur Tit. 7 quod ad mediam noctem commissationes extenderet. *Extundo* Vesp. 2. Poetæ. Val. Max. Posteriores. *Exubero* i. s. q. abundare Cal. 40 quia lucrum exuberabat Col. Tac. Verg. Georg. 2. 516. *Exuere* [2]) aliquem aliqua re semper apud Suet. (C. 60. A. 13. N. 32).

Fabricare vi activa et fabricari vi passiva semper apud Suetonium. Apud Ciceronem fabricari est "deponens" verbum. *Fabula* pro sermone A. 70 in fabulis esse (= in ore vulgi) N. 6. Dom. 15. Seneca [3]). *Fabularis* historia T. 70. Pro fabulari re vel f. historia habent optimi script. fabulam. *Fabulator* (qui narrationibus oblectat) A. 78. Gell. *Fabulari*, præeunte Livio, pro colloqui (garrire) — cum Jove fabulabatur Cal. 22. A. 74. Dom. 4. Vox, potissimum Plautina et Terentiana, apud Livium et Poster. rara est. *Facere* insolenter positum est A. 78 ne id contra commodum (valetudinem) faceret, Cl. 16 nihil æque facere ad viperæ morsum, pro eo quod est valere, proficere, utile esse [4]). Plin. h. n. 22. 18. Col. 4. 13. *Facilitas* pro levitate Cl. 29 in senatores tanta facilitate animadvertit. Aliis locis facilitas i. s. q. humanitas, comitas simil. *Factio* Cæsarum temporibus in re circensi dicebatur et de aurigis, quorum quattuor classes erant, quæ variis coloribus albata, russata, veneta, prasina dicebantur, qui-

[1]) 2. 20, 28. 19.

[2]) "Structura illa Cæsari, Livio, Tacito satis frequentata apud Ciceronem non invenitur" Östling.

[3]) Sic convivales fabulæ apud Tacitum (Ann. 6. 5) idem significant quod sermones inter convivium facti.

[4]) Nonnullos Senecæ locos attulit Rosengren.

bus addidit Domitianus duas, purpuream et auratam, et de hominibus, qui alicui histrioni favebant T. 37 [1]). *Facundia* (Cal. 20) et facundus (Cal. 53), frequentissime a Posterioribus usurpatæ voces, in Ciceronis et Cæsaris scriptis non inveniuntur. *Fallere* absolute positum, ut dicitur, N. 16 fallere ac furari per jocum Liv. Tac. Quint. Cæsar B. G. 4. 13. de induciis fallendo impetrare. *Falsarius* "qui tabulas, testamenta cet. per fraudem immutat" BC. Tit. 3. Cl. 15. N. 17. *Famosus* a Suetonio et Posterioribus in utramque partem dicitur, a veteribus semper in malam, excepto tamen Horatio, qui habet mortem famosam pro clara, nobili; famosi equi Cal. 19 = celebres. *Fari* poetarum more pro dicere, loqui A. 94. Cicero in locutione quæ est: fando audire habet. *Favorabilis*, Vellejo [2]) præeunte, passiva vi apud Suet. positum est pro eo quod est: cui favetur, gratiosus. Sic vulgo favorabilis Cal. 4. N. 57. Quint. et Plin. minor ei voci activam quoque vim subjecerunt. *Favorabiliter* N. 7. Quint. *Feminalia* n. pl. A. 82. "fasciæ quibus femina involvebantur" BC. *Fenebris* pecunia = fenore data Cal. 41. Livius Tacitus. *Ferre* = præ se ferre C. 79 ut ferebat, unde illa locutio Vesp. 23 — "ingenuum se ferre coeperat" i. e. per fraudem dicere — defluxit [3]). *Festinare.* Cicero intransitivam vim huic voci subjecit; Suetonius vero et Posterior. poetarum more cum accusativo conjungunt A. 87 nuptias, A. 87 rem. *Festinato* [4]) Cl. 16 Quint. Colum. Plin. major. *Figura* proprie de corpore dicitur, deinde apud Rhetores figura, quam vocant Græci σχῆμα, est "conformatio quædam orationis, remota a communi et primum se offerente ratione", ut ait Quint. 9. 1. 4. BC. Rh. 1. 6. Gr. 10. Ita figura apud Quintilianum et Suet. dicitur eodem modo quo oblique dicta "förtäckta anspelningar" Vesp. 13 causidicorum figuræ. Dom. 10. *Fingere* stultitiam pro simulare; virtutes fingere Tac. Ann. 6. 51. Justinus, Val. Fl., Ovid. *Finire* vitam A. 65 de morte voluntaria; A. 65 suspendio v. f. *Fiscalis -es* calumniæ Dom. 9 = "delationes de commodo fisci defraudato" BC. Dig. Spart. Hadrian. *Flexura -æ* vicorum N. 38. *Focillare* (a foco ductum verbum) proprie est ignem leni flatu excitare, deinde recreare, reficere A. 17 Augusti societatem male focillatam. Seneca. *Fomentum* A. 81 quia calida fomenta non proderant. Hor. Ovid. Cels. Colum. Posteriores. *Formalis* epistola (sueth. formulär) Dom. 13. Plin. major. Dig. *Formare* i. q. componere Dom. 20 epistolas, N. 47 sermonem, A. 89. *Forus* aleatorius A 71 = alveus

[1]) Cfr Bremi ad Cal. 45.
[2]) Östl. de elocutione Vell. Paterculi p. 22.
[3]) Klotz p. 1528.
[4]) Cfr augurato.

lusorius. *Fossura* Cal. 37. Col. Cicero habet fossionem. *Fragrare* Vesp. 8. Poetæ. *Fragmen* pro fragmento Cl. 18. N. 26. Poetæ Col. Vell. P. [1]). *Frugi* = moderatus, temperans, utilis sim. Cal. 37. Persii vita. Poetæ. Plin. minor. Cicero [2]). *Frustrari* [3]). A. 75. *Frutex* Vesp. 5. Col. Plin. Verg. Lucret. Ovid. *Fruticetum* N. 48. Hor. Carm. 3. 12. 12. *Fulcrum* Cl. 32—a lectorum = ad pedes lectorum vel in imo lecto (A. 64), Ovid. Amm., apud Prop. et Juven. i. s. q. lecti. *Funalis* [4]) equus, quem vocant Græci σειροφόρος, σειραῖος T. 6 est "exterior, jugalis interior ad temonem et jugum" Ruhnk. *Fungi* poetarum more cum acc. [5]) junctum est A. 35 munera, 36, 45 [6]). Justin. Tac. Nep. Dat. l. 2. [7]) Memorabile est Cal. 6 fato fungi = mori [8]). *Funerare* pro sepelire, humare simil. sæpissime ap. Sueton., rarius ap. Plin. maj. et Sen. *Furnaria* -m exercere dicitur "qui pane in furno coquendo quæstum facit" Ruhnk. Vit. 2.

Galbeum 3. "remedia lana involuta" ut ait Sueton. *Galbanum* (hartz). Galba 3. Colum. Plinius major. *Galerus* N. 28 arrepto pileo vel galero, 1) pilei genus 2) "axelstycke." Juvenal. 8. 208 gladiatoris [9]). *Garrulitas* pro loquacitate A 83. Poetæ Sen. Quint. Posteriores. *Genitivus* nota genitiva A. 80. *Genitura* A. 94. Cal. 57. Vesp. 14 (genesis) [10]). *Genua* sunt "sedes misericordiæ", unde fluxerunt loquendi formulæ, quales sunt genua amplecti, genibus advolvi, accidere ad genua C. 20, Cl. 10, summittere ad genua T. 10, procumbere ad genua T. 24, admittere N. 13, per genua orare T. 27. Ita poetarum more præter Suetonium locuti sunt Livius (8. 37), Tacitus (Ann. l. 13; 6. 49), Seneca, Curt. — Cicero voce quæ est pes eadem significatione utitur. *Gerere* tempus Dom. 1. Vesp. 24 rarissime pro agere. *Gerulus* vox Plautina i. q. bajulus Cal. 40. Hor. Sat. Colum. *Gestare*, quæ vox apud optimos rarior est, frequentissime habet Suetonius et æquales et activa vi et passiva Dom. 11 simul gestanti =

---

[1]) Östl. p. 22.

[2]) De h. voce vide Kühner ad Cic. Tuscul. 3. 7. 16.

[3]) Cfr de h. verbo Krebsium.

[4]) Funale (fackla) habet Cicero.

[5]) Cfr R. Haase not. 558.

[6]) Lectiones tamen incertæ sunt.

[7]) Cfr Cic. Att. 1. 1. 2. in munere fungendo, republ. 1. 17. muneris fungendi causa, Liv. 1. 41. fungendæ vicis speciem.

[8]) Cfr Törnebladh p. 17. Quint. 3. 7. 10, Östling p. 23 Vell. Pat. 2. 49. 1. morte fungi.

[9]) Vide Friedlænder.

[10]) "Sidus natalicium" BC., "momentum temporis quo quis natus est" Ruhnk.

quum simul gestaretur; eodem modo gestatio Cl. 33 in gestatione = quum gestaretur Vesp. 21. Colum. Seneca. *Gestatoria* sella N. 26. Vit. 16. *Gesticulor* Dom. 8. N. 42. Front. Petron. Cicero: gestum facere, gestu uti, gestum agere (de Or. 2. 57. 233). Similiter gesticulatio. T. 68 pro gestu (Cic. Brut. 78. 272). *Gibba* Dom. 53, gibber Galba 3, gibberosus. Gr. 9. Varro Celsus Plinius. *Grammatista* Gr. 4. 24. "Sunt qui literatum a literatore distinguunt, ut Græci grammaticum a grammatista, et illum quidem absolute, hunc mediocriter doctnm existimant" Suet. Gr. 4. *Graphium* i. q. stilus C. 82. Cal. 28. Cl. 15. Sen. Ovid. Plin. *Graphiaria* theca Cl. 35. *Grassari* proprie procedere, inde in malam partem dicitur eodem modo quo sævire. Ita bacchantem et grassantem Cal. 56. A. 67, grassari adversus, in qm Cal. 34. N. 36; hæc vox, aliena a Cic. et Cæsaris consuetudine, apud Livium et Posteriores invenitur. *Grassator* (Cit. fat. 15. 34) = latro C. 72. A. 43. 32. inde grassatura. T. 37. *Gratium* facere alicui alicujus rei varias significationes habet, quas Krebsius p. 457 (Vierte Auflage) eleganter explicavit. A. 38 reddendi equi gratiam eis fecit = potestatem facere, concedere, A. 17 Bononiensibus gratiam fecit conjurandi = veniam dare non conjurandi, concessit ne [1]); D. 14, T. 35. Equiti jurisjurandi gratiam fecit, Cal. 15. criminum omnium gratiam facere = ignoscere Liv. 3. 56. 4. Sall. Jug. 104. 5; in gratiam Quirini T. 49. Livius; Cicero h. genere loquendi abstinuit. *Gratulor* insolenter usurpatum T. 60. gratulanti inter poenam quod i. e. sibi gratulanti, Diis gratias agenti sim. [2]). *Gravari* [3]) (semper v. deponens apud Sueton. ut apud Ciceronem) et transitivam vim Suetonius ut Posteriores subjecit — matrem gravatus T. 50. N. 34. Vit. 12 — et intransitivam — Cicero ita semper locutus est — A. 34 ne gravaretur imitari. *Gula* pro insatiabili cupiditate Vit. 7. 13. *Gustus* propria vi ad primum gustum N. 33. A. 7, vox Ciceroni [4]) inusitata.

Habitatio rara significatione C. 38 invenitur pro eo quod apud Cæsarem b. c. 3. 21. legitur merces habitationis. *Haruspicium* Vesp. 5. Catull. *Hebetare*, animo hebetato. Cl. 2, Cicero: hebescere, quod verbum Suetonius habet T. 68 oculi hebescunt. *Herilis* Gr. 23 vox poetarum. *Hiemare* insolenter positum A. 72 in urbe hiemaret. *Ho-*

---

[1]) "Veniam dedit conjurandi" Ruhnk.

[2]) Cfr Ter. Heaut. 5. 1. 6. "jam desine deos, uxor, gratulando obtundere, tuam esse inventam gnatam."

[3]) Cfr Dræger Hist. S. p. 333.

[4]) Nam Phil. 2. 45. 115 nunc legitur gustatum. cfr tamen Cic. fragm, p. 204 ed. Klotz.

nor A. 17 communem sepulturæ honorem tribuit ambobus, pro qua locutione optimi habent: supremo in aliquem fungi honore. Vide Krebsium.-Tac. Curt. *Honeste* natus A. 43 = honesto genere Vesp. 1. *Honestus* i. q. decorus, pulcher sim. T. 68 facies honesta. Verg. Terent. Ovid. Varro r. r. 2. 6. 2 asinus h. Similiter honor pro pulchritudine apud poetas velut Verg. [1]) Aen. 1. 591. *Hostiles* copiæ C. 66. 68 vox rarior pro: hostium [2]). *Humēre*, vox potissimum poetarum, Cl. 30. Vesp. 16. *Hybrida* A. 19 [3]).

Illacrimo A. 66. Vesp. 15. Suet. Tac. Liv. formam activam, Cicero f. passivam habet. *Illæsus* T. 68. Cl. 16. Seneca Tib. Ov. Plin. alii. *Illucesco* cum dativo j. C. 81 nocte, cui illuxit dies cædis Cic. velut leg. agr. 1. 8. 24 populo R. vox consulis illuxerit. Vell. *Imaginarius* pro ficto, simulato. Cl. 25. Liv. Sen. *Imaginor* = somniare C. 81 [4]), vox hac quidem notione veteribus inusitata Sen. Tac. Plin. Sec. Quint. [5]). *Immerens* = non meritus -eripi sibi vitam immerenti Tit. 10. Hor. Val. Max. Ter. Nep. Plin. *Immiscere* i. q. interponere apud optimos Cl. 21 immixtis interdum et frigidis et arcessitis jocis Liv. Poet. Poster. *Immitis* i. q. non mitis, vox poetarum, quæ, præeunte Livio, in solutam orationem immigravit N. 4. T. 59. asper et immitis. *Immittere* i. q. subornare Cal. 23 immisso tribuno militum; sæpe apud arg. æt. scriptores de iis qui ad cædem faciendam mittuntur. Sall. Cat. 48. *Immodicus*, quæ vox apud Livium et script. post Augustum frequens est pro immoderato, quod verbum Cicero habet. *Immunis* apud veteres absolute ponitur, a Suetonio cum præp. a conjungitur, ab omni munere immunes Cl. 25. *Impatiens* et impatientia, quæ verba poetis et posterioribus [6]) usitata ab optimis script. non usurpata sunt. *Impatiens* moeroris Cal. 24. 51 sæpius. *Impendere* aliquid in rem optimi script., alicui rei posteriores, A. 98 secessui quatriduum impendit. *Imperare* Cæsarum demum temporibus i. q. imperatorem esse Cl. 3. N. 10. 52, imperaturum eum verum in senecta G. 4. Ita imperator, qui apud veteres scr. summus dux belli erat, Princeps vocabatur, et imperium principatus. *Impertire* cui q. rem optimi script., Suet. et ita et aliquem q. re; Plaut., Ter., Nep., nullo honore impertitum Cl. 4.

---

[1]) Lætos oculis afflarat honores.

[2]) Cfr Krebsium sub voce "hosticus."

[3]) Cfr Ruhnk. ad h. l.

[4]) Cfr Plin. Ep. 5. 5. 5.

[5]) Imago vero pro somniis invenitur Hor. carm. 3. 27. 40 an vitiis carentem ludit imago vana?; Verg.

[6]) Hanc vocem apud Vellejum Pat. primum inter sol. or. scriptores inveniri, contendit Östling p. 23.

A. 25. N. 37. *Impetus* i. q. subitum consilium, impetum [1]) capere Cal. 43, Otho 9, A. 42, N. 48. *Implere* per transl. Rh. 6 suscepit partes et ita implevit pro eo quod est officio satisfacere; raro transl. vi apud optimos. *Imponere* milites in naves apud præstantiores script. C. 66. nave impositos [2]). Aliis locis jungit Suetonius imponere cum dativo [3]). *Impos* [4]) mentis A. 19. Impos, vox Plautina, semper juncta cum "animi", pro non compote, impotenti [5]). *Imprecari* cui quid plerumque in malam partem A. 65. Cal. 28 mortem cui Tac. Ann. 6. 24. Hist. 1. 84. Seneca Plin. Major. *Improbe* insolenter positum Vesp. 23 improbius natus (sensu obsc.) = "cui natura magna est". *Improfessus* i. q. non professus Dom. 12 qui improfessi Judaicam viverent vitam. *Impudicitia*, vox Plautina, nonnullis locis apud Suet. est velut A. 71. Vesp. 13. Tac. Seneca. *Imputare*, quam vocem novasse Ovidium Lagergren p. 135 contendit, sæpe invenitur apud arg. æt. script. eadem vi qua adscribere, adsignare, tribuere (Klotz.), postulare ut sibi gratiæ opponantur, ut loquitur Terentius [6]). T. 53 imputavit etiam quod non laqueo strangulatam in Gemonias abjecerit N. 36. *Inæquabiliter* Galba 9. Claud. 16. Varro RR, *Inauditum* apud veteres i. s. q. novum vel quod numquam antea auditum erat, apud Suet. et posteriores et h. vim habet et usurpatur ab iis eadem fere vi qua "indicta, incognita causa, re inorata" (Cic. Rosc. Am. 9. 26) apud optimos., Cl. 38. Galba 14, inauditum capite puniebat Vit. 14. *Incanus* Dom. 20 caput subrutilum et incanum, Col. Plin. Poetæ. *Incendiarius* Vit. 17. Quint. Tac. *Incessere* i. q. invadere aggredi, vox frequentata a Suet. Liv. Poster. *Incesto* proprie est casta polluere, inde i. q. stuprare T. 43 invicem se incestarent coram ipso. Tac. Poetæ. *Inchoare*, vox Suetoniana. Cic. uno [7]) loco habet. Liv. Poster. *Incipere;* inceptam proscriptionem A. 27 [8]). *Inciviliter* Tit. 6 vox rarissima pro inhumane. *Inclarescere* i. q. clarum fieri, nobilitari simil. Tac. Plin. major, minor,

---

[1]) Seneca ad Helv. 1. Similes locutiones: cursum capere O. 6, spem O. 4.

[2]) "Vindicant interpretes ad h. locum constructionem imponere nave pro navi." Ruhnk.

[3]) Nam pro colle nunc legitur colli N. 50.

[4]) "Alii inops, quod accepit Burman. Illud recte opinor servavit Oudend., dictum docens pro mente capto, quum mens ex hominis potestate abiit, uti Festus" BC. ad h. l.

[5]) Cicero quidem (Tusc. 3. 5. 11) elegantissime: qui non est in potestate mentis, qui e potestate mentis exiit.

[6]) Cfr Ruhnk. T. 53.

[7]) Leg. 1. 16. 44.

[8]) De forma passiva cfr Östling.

Suet. Gr. 17. 18. inclaruit. *Includere* cum dativo [1]) junctum N. 6 quas aureæ armillæ inclusas, Curt. 9. 8. 11. se munitæ urbi. *Incoenare* pro intus coenare T. 39. Lectio incerta. *Inconditus* i. q. insepultus Rh. 6 cineres inconditi jacent. *Inconsultus* pro non consulto T. T. 52 inconsulto se, Livius 36. 36. 2. *Incuriosus*, vox arg. æt. scriptorum, et activa vi (= negligens). A. 79 in capite comendo incuriosus, et passiva Galba 3 incuriosam historiam edidit (= sine cura conscriptam). Ante arg. ætatem — excepto tamen Sallustio (H. 4. 66) — h. vocem vix invenias. *Incurrere* junctum cum dativo pro præp. in T. 26 natalem Circensibus incurrentem = incidentem in Circenses. *Indecens* risus Cl. 30 pro non decenti Quint. Mela. *Indere* — vox Plautina et arg. ætatis — Livius locutionem "nomen indere" frequentavit — A. 11 venenum vulneri sæpius. *Indifferens* i. q. facilis, de homine C. 53; de re Cic. Fin. 3. 16. 53. Seneca; indifferenter Dom. 23. Quint. *Indigere* optimi conjungunt cum genitivo; Cæs. Sall. Nep., Suetonius et cum genit. T. 10. A. 78 et cum ablativo, cibo Galba 7. A. 89. *Inesse* cum dat. junctum pro "in sequente ablativo" apud Cic., A. 79 inesse quiddam divini vigoris oculis. Nep. Col. Sen. Liv. Quint. *Infacundus* Cl. 40 Liv. *Infamare* adversarios N. 23 "in sinistram famam inducere" BC. [2]) Poetæ Posteriores. *Infaustus*, quod antiquitus infaustum habetur Otho 8. Poetæ. Posteriores. *Inferre* cum dativo "loci" apud arg. æt. scriptores pro in cum accusativo apud optimos script. Mausoleo Cal. 15 sæpius. *Infestare* pro aliquid infestum facere, reddere habere, infestatus est a singulis Cl. 13. 18. A. 96. Poetæ Mel. Col. Plin. Cels. Posteriores. *Infulciri* cibum destinanti mori inedia jussit T. 53. Seneca Frontin. *Ingenitus* uno loco apud Sueton. invenitur N. 1 vitia ingenita, vox Posterioribus usitata pro innato, insito apud optimos, excepto tamen uno loco (Cic. fin. 5. 23. 66 — ut habeat quiddam ingenitum) [3]). *Ingenia* eadem fere vi qua viri ingeniis magnis præditi, viri excellentes ingeniis simil. in Suetonii et Posteriorum scriptis inveniuntur A. 86 ingenia seculi sui fovit, Vesp. 18. N. 39. Atque etiam apud optimos ita, velut Cic. Off. 1. 22. 74. in magnis animis ingeniisque contingit, Liv. 2. 43. 10. adeo excellentibus ingeniis citius defuerit ars, sæpe Sallustius. *Ingerere*; ingeri proprie dicuntur tela quæ undique in hostem conjiciuntur, deinde per translationem i. s. q. magnam copiam inferre, præsertim de re ingrata A. 54 (de dictis) e curia se proripienti ingesserunt, sæpius; Posteriores, Liv.,

---

[1]) Cicero uno loco (Att. 1. 13. 5) tamen transl. significatione: orationi meæ. cfr Dræger H. Synt. p. 391.

[2]) Cic. Fam. 9: 12. 2.

[3]) Lectio tamen dubia. Cfr Madvigium.

Cicero Att. 11. 6. h. v. usi sunt. *Ingredi,* inire apud Suet. semper cum acc. juncta sunt velut urbem, senatum, profectionem, bellum simil. *Inire* poetarum more (sensu obscoeno) A. 69. N. 12 taurus Pasiphaen iniit. *Initiatio* N. 34. *Innare* sequente ablativo N. 12 marina aqua innantibus belluis. Tac. Colum. Liv. Verg. Hor. *Innocuus,* vox poetarum, Dom. 9 legitur pro innoxio, innocenti. *Innotescere.* Krebsius contendit, Suetonium h. vocabulo usum esse. Lectio tamen varia est his locis (N. 42. Otho 3). In melioribus libris illo loco legitur: notuerunt, et hoc loco: enotuit. *Innumerus,* vox poetis, posterioribus usitata, innumeræ copiæ C. 68. Galba 6. Cal. 26. In libro Ciceronis qui inscribitur de oratore 2. 22. 92. nunc legitur: meri principes, non innumeri, quam lectionem Ellendtus primus amplexus est. *Innutritus* amplis opibus A. 3, vox arg. æt. scriptoribus usitatissima. *Inobservantia* pro negligentia, temeritate simil. A. 76 h. est "mos tempus et locum non observandi" BC. Quint. 1. 1. Vox rarissima [1]). *Inopinanter* T. 60 pro adverbiis necopinato, ex inopinato, ex insperato. *Inquietare* proprie de somno interrupto dicitur, apud Posterior., præsertim apud Sueton. Col. Sen., positum est pro eo quod habent optimi: molestiam afferre, molestum esse simil. In scriptis præstantiorum script. vix h. verbum invenias. *Inquilinus* Cl. 38. N. 44. Sall. Vell. Justin. *Inquisitor* [2]) pro speculatore, exploratore simil. Cl. 1 ab inquisitoribus pecunia redimere, Cic. Verr. 1. 2. 6. uterque Plinius, Juvenalis 4. 49. *Inscendere* equum N. 48. Tit. 4. Plautus. Optimi: ascendere vel conscendere, ut apud Suet. velut C. 61 ascendere, Cal. 51 conscendere. *Insequens* et insecutus [3]). Hæ voces apud Suet. frequentissime inveniuntur A. 50 insecuti Principes, A. 53 insequenti die sæpius; Livius sæpissime insequens. *Insideo* A. 82 insidens ligneo solio pro "in sequente abl." *Insignio* Cal. 31 quod nullis calamitatibus publicis insignirentur pro "insignem facere, distinguere, notare" simil. Cicero habet nullam formam hujus verbi nisi p. p. p. — Liv. Verg. Plaut. Tac. Plin. minor. *Insinuari* pro insinuare (se) — insinuatus est Augusto Gr. 21. Cal. 12. Otho 2. *Insilire* defessos tauros Cl. 21 pro "in sequente acc." apud Livium et Cæsarem. *Insons* damnatus N. 3. Cl. 10. Vesp. 15. Poet. Liv. Tac. Sall. *Inspuo,* vox Plinii et Senecæ, Vesp. 7 si inspuisset. *Instanter* vox arg. æt. scriptorum, Cl. 5 flagitare instanter. *Instare* pro stare T. 72 instans in medio triclinio [4]). *Insternere,* vox Livii et

---

[1]) Alii observantiam legunt, vide Quint. 4. 2. 107.

[2]) "Inquisitores sunt igitur homines ad investigandum emissi, quos Gr. "φυγαδοθήρας dici, notat Casaub." BC. ad h. l.

[3]) Cfr Krebsium sub voce "sequens" et quæ de voce "sequens" disputabo.

[4]) Alii aliter h. l. interpretati sunt. Vide BC. ad h. l.

poetarum, A. 73 toro modice instrato. *Instrenuus* Vesp. 4, vox Plautina. *Intactus* -a virgo A. 62, vox poetis præsertim usitata Hor. Carm. 1. 78. intactæ Palladis, Verg. Aen. 1. 345. cui pater intactam dederat [1]). *Intercipere* s. i. q. per fraudem amovere, pæne interceptus est A. 14. Quint. Posteriores Col. *Interdiu*, vox a Cicerone rejecta [2]), a Cæsare B. G. 1. 8. 4. 7. 69. 7. B. C. 1. 67. 5, a Celso 1. 1. usurpata, a Livio frequentata, nocte vel noctu addita, apud Sueton. invenitur C. 65. A. 77. 100. Cal. 22. Cl. 33. N. 26. Optimi = die, diem, vide Krebsium. *Interpellare* pro precibus adire T. 24 sæpius, interpellare judices Gr. 22 pro appellare. *Interrogare* sententiam C. 21, quam locutionem a Livio primo usurpatam Suet. Plin. minor. Vell. Seneca Val. M. amplexi sunt. Cic. Tac. Quint. Gell.: rogare [3]). *Intervenire* i. q. intercedere T. 33 eatenus interveniebat ne quid perperam fieret, Cl. 38. *Intolerantia* passivam potestatem Suetonius [4]), Cicero [5]), Tacitus [5]) subjecerunt, activam Gellius [6]). *Intrinsecus* raro pro intus A. 95 Varro Cato Col. Posteriores. *Introire* semper cum acc. conjungit Sueton. pro in cum accusativo. Cicero habet introire domum (Phil. 2. 28. 68) et in domum. *Introitus* sacerdotii Cl. 9. Plin. major (transl. signif.). *Invadere* semper cum acc. Sueton.; Cicero cum præp. in sequente acc., Cæsar absolute ponit, Sallust. vel absolute vel cum acc.; Livius et Posteriores accusativum, addito vel omisso in, adjungunt; invadere consulatum [7]) C. 9. A. 26. *Invalidus* a Livio primo usurpatur [8]) A. 13. Galba. 20. *Invalescere* apud Suet. sæpe i. s. q. validum fieri, confirmari A. 19. conjurationes, Vesp. 11. N. 27. Gr. 4. Cicero: tantum opibus invaluit. Quint. Plin. minor. *Invitare* se dicuntur qui largius edunt et bibunt A. 77 quotiens largissime se invitaret Sall. H. 4. 26. invitare se cibo vinoque. Plaut. Amphit. 1. 1. 127. invitavit se in coena plusculum [9]). *Irrumpere* cubiculum Cl. 37. Vesp. 5 pro: in sequente acc., quæ constructio est apud Sueton. Cal. 14 in curiam. Sallustius et Cæsar utramque constructionem habent, Cicero semper præpositionem addit. *Itus* T. 38 pro itu et reditu [10]). *Jactator* civili-

---

[1]) Eadem signifìctione utuntur poetæ voce "integer" Ter. Hec. 1. 2. 70.
[2]) Ita Krebsius; Klotzius locum Her. 2. 4. affert.
[3]) Cfr Krebsium.
[4]) T. 51 intolerantia morum ejus.
[5]) Cluent. 40. 112. l. agr. 2. 13. 33. Tac. Agr. 20.
[6]) 17. 19.
[7]) Ita Justinus, Aurel. Vict., Sil. Amm. locuti sunt.
[8]) Cfr Krebsium.
[9]) Cfr Östling De Elocutione Sallustii.
[10]) Cfr Cic. Att. 15. 5. Liv. 7. 36. Vocatus invenitur Cal. 39.

tatis Cl. 35. *Jejunium* ("fasta") servare A. 76. Liv. Col. Celsus Poetæ Posteriores. *Jentaculum*, vox Plauto et Martiali usitata, Vit. 13 jentaculum — prandium — coena, inde jentare Vit. 7 Mart. *Jlocaliter* pro jocose, per jocum C. 49. A. 75. Plin. major. *Jubar* solis A. 94 Poetæ. *Junctura* A. 92 Posteriores Cæsar b. g. 4. 17. *Juventa* pro juventute, a juventa usque ad supremum vitæ diem A. 61. 68. Dom. 12. Nemo ante Livium eadem vi juventa usus est. *Juventute* Suet. ceteris locis utitur.

Lactes Vit. 13. Plautus, v. Neue. *Lanificium* A. 64. *Lanugo* N. 32. Otho 12, voces arg. ætatis. *Lancea* Cl. 35. Galba 18. Dom. 10. Poetæ Posteriores. *Lapidare* apud Sueton. = lapidibus obruere Cal. 5. apud Livium (impersonaliter) = lapidibus pluere (29. 17), lapidatum est, 43. 3. lapidat imbri, 27. 37. de coelo lapidat. Lapidatio apud Cic. invenitur. *Latericius* ex lateribus ædificatus A. 29 latericia urbs Colum. Plin. major Cæsar B. G. 2. 15. muri latericii et (simpl.) latericium. *Lascivia* in malam partem semper dicitur apud arg. æt. script. Cal. 25 luxuriæ et lasciviæ perditæ, Cal. 36. Tac. Sall. Liv. *Latrina* (lavatrina) "locus lavationi destinatus" BC. T. 58, deinde i. q. loco excrementorum N. 24 in latrinas abjicere. *Legere* de navigatione A. 16. T. 11 oram, Poetæ Livius. *Lemniscus* N. 25. Liv. Plin. major [1]). *Lenocinium* propria vi ut apud Plautum T. 35 l. profiteri, Cal. 40. — Cicero, Sueton (ceteris locis), Posteriores transl. signif. utuntur præsertim de oratione Cal. 39. Cl. 7. Quint. Tac. *Letalis* poetarum more pro mortifero apud Plinium Majorem et Sueton. C. 82; Columella poetar. more habet letiferum. *Libellus* de scriptis contumeliosis dicitur A. 55. Sparsos de se famosos libellos, C. 80 sæpius, Plin. minor. *Libet* insolenter in plurali numero positum est C. 20 cetera quæ cuique libuissent [2]). *Libidinor* N. 28. Mart., vox rara. *Linere* faciem Otho 12. N. 31. Poetæ Col. Liv. Plin. *Linqui* animo [3]) i. q. deficere C. 45. Ovid. Curt. *Litare* (*καλλιερεῖν*) modo dicuntur homines, qui sacrificando Deos placant, modo ipsæ victimæ quæ felices sunt velut A. 96 sacrificio non litante, Otho 8 victima Diti patri cæsa litavit. Ovid. Mart. Nescio an nemo scriptor sol. or. excepto Suetonio ita locutus sit. *Litigator* pro homine litiganti, Suet. Quint. *Literarius*. Dubito num ante arg. ætatem usurpatum sit, qua semper conjungitur cum v. ludus [4]), Cal. 45 ludus l. Quint. Plinius major. Tac. 3. 66.

---

[1]) "Lemnisci sunt fasciolæ dependentes ex coronis" Ruhnk.

[2]) Cfr Madvigium (adv. crit.) ad h. l. "Suetonius sine dubio scripserat" "libuisset (ei cuique dilargiri)."

[3]) Activa forma invenitur apud Senecam Troad. 623 me liquit animus.

[4]) Cfr Krebsium.

literarium ludum exercere. *Literator* [1]) jam apud Catullum invenitur Gr. 4. *Livor* = invidia Cal. 34. Tac. Plin. minor. Brut. apud Cic. fam. 11. 10. 1; lividus in scriptis Ciceronis invenitur pro invido. *Locusta* (hafskräfta) T. 60. Plin. major. *Lotium* i. q. urina Vesp. 23. Cato Poetæ. *Luctator* pro athleta N. 45. Plautus Posteriores. *Ludere* et cum abl. et cum acc. a Sueton. conjunctum est, Juvenalis 3. 8. 10. et Ovidius cum acc. conjunxerunt, optimi cum abl.; ludere = per lusum effingere, A. 70 Phoebi Cæsar mendacia ludit = "per lusum simulat se esse Apollinem" Ruhnk. Ita civem bonum ludit Cæl. ap. Cic. fam. 8. 9. 1; e contrario "agere aliquem" = alicujus partes agere, ut T. 12 et = exhibere (ministratorem (audi se)). Vit. 17.

Macellarii sunt qui omne genus obsoniorum vendunt C. 26. Vesp. 19. Varro. *Madere*, madens sc. vino = ebrius Cl. 33. Poetæ. *Male* pro parum, non satis C. 45. Male præcinctus, Rh. 5. O. 12. Sæpe poetæ ita locuti sunt [2]). Male loqui de aliquo A. 51 et eadem fere vi "male opinari de q." A. 51, pro quibus locutionibus Seneca habet "male existimare de." *Malignus* A. 27 poetæ pro malevolo; malignitas Cal. 34. N. 23. Posteriores pro malevolentia. *Malleus* Cal. 32. Poetæ. *Mandator* -es, qui delatores instruunt et ad accusandum subornant Tit. 8. *Manduco* (mandere) A. 76. Seneca [3]). *Mango* i. q. venditor præsertim servorum vel equorum A. 69. Dom. 7. Posteriores; *Mangonicus* Vesp. 4. Plin. major. *Mansio* insolenter dicitur de loco, ubi pernoctant; ad primam mansionem Tit. 10. Plin. major. *Manubialis* pecunia A. 30, vox rarissima. *Mappa* erat pannus cretatus, quo signum incipiendi certaminis dabatur N. 22. Poetæ. *Marceo* Cal. 58 stomacho marcente. Poetæ Posteriores. *Maritare* proprie de hominibus dicitur apud Tacit. et Sueton. Vesp. 14. Aug. 34; per transl. de animalibus et plantis Colum. Varro. *Matronalis* T. 35. Liv. Justin. *Matrix* A. 94. Varro Col. Posterior. *Medicatus* = veneno infectus. Cl. 44 boletus m. Poetæ. *Memini* = mentionem facere C. 9 meminerunt hujus conjurationis G. in historia — — — Quint. 11. 2. 16. Plin. minor Cic. Phil. 2. 36. *Memorialis* libellus C. 56. *Memorare* pro commemorare Tit. 32. Otho 10. Sall. Liv. rarissime Cicero [4]). *Meritorius* i. q. conducta mercede vel conducticius; apud Suet. reperiuntur reda, vehicula, scorta meritoria simil.,

---

[1]) Cfr "grammatista."

[2]) Cfr Kumlin ad Hor. Carmina 1. 9. 24.

[3]) Cfr Brolén.

[4]) Cfr Madvigium Fin. 2. 5. 15. quia de natura minus obscure memoravit.

apud Ciceronem "pueros meritorios". *Meridio* "somnum meridianum capere" Cal. 38. N. 6. Celsus Catullus. *Merum* poetarum more pro vino mero A. 35 thure ac mero A. 94. *Militia* insolenter positum Cl. 25 equestres militias (= gradus militiæ) ita ordinavit. Apud Livium etiam s. i. q. milites. *Mimus* proprie dicitur histrio, deinde per transl. de ipsa fabula, tum de quavis re ficta eadem fere vi qua simulatio velut Cal. 45 in hoc quoque mimo præter modum intemperans; Otho 3. T. 24 [1]). Seneca. Apud Ciceronem primam et alteram, non tertiam significationem h. vox habet. *Ministerium*, vox jam inde a Livii ætate usitatissima Cal. 2. T. 55. *Ministrator* per transl. dicitur eadem signif. qua adjutor Vit. 17, Cic., propria vi apud Varron. Senecam Petron. Dig. *Miscellus* Cal. 20 miscelli ludi ita vocantur, quod e variis generibus mixti erant. *Mistura* vitiorum et virtutum Dom. 3. Quint. *Missilis*. Res missiles A. 98 = missilia Cal. 18. N. 11. Dom. 4 dicebantur munera ab imperatoribus populo sparsa. *Missio* sæpissime Suetonius pro dimissione (Liv.) A. 17 militum præmia et missionem poscentium; etiam de gladiatoribus dicebatur missio, quum populus eis concederet, ne usque ad mortem depugnarent, velut A. 45 gladiatores (i. est gladiatorum munera) sine missione edi prohibuit. Liv. Sen. Mart. *Missicius* pro exauctorato prætorianus dicitur N. 48. *Missus* -us, nisi in abl. eadem vi qua jussu non invenitur apud Cæsarem, regis missu apud Verg. [2]), nusquam apud Ciceronem, apud Sueton. per transl. "de vehiculis vel de gladiatorum paribus, quæ uno tempore ad certamen in arenam emittebantur" BC., Cl. 21 nonnumquam interjecta per quinos missus venatione, N. 22. Dom. 4. *Modulatus* vi passiva poetarum more, modulata carmina A. 57. Cal. 16. N. 20, 42. *Molitrix* rerum novarum N. 35. Sueton. unus h. voce usus est. *Monitio* uno loco (Amic. 24. 89) apud Cic., T. 18 monitione addita, A. 89 prout quisque monitione indigeret, N. 56. *Morigeror* (i. q. morem gerere alicui) Cicero (Or. 48. 159) habet, et Suet. T. 44 (sensu obscoeno) ore alicui morigerari. *Momentum* pro puncto temporis, nullo addito genitivo temporis, eo ipso momento T. 14. Otho 4, horarum momenta = horæ ipsæ A. 50. Cl. 40. Vesp. 21. C. 65. Celsus Livius. *Movere* = moveri Cl. 22 quoties terra movisset, Livius 35. 40 terra dies duodequadraginta movit. Suetonius nonnullis verbis [3]) ita utitur velut C. 64 præcipitare. *Munificentia*, a Ciceronis et Cæ-

---

[1]) T. 24 nunc legitur ex emendatione Gronovii: mimo pro animo.
[2]) Cfr Livium 9. 19 missu telum.
[3]) Cfr Bremi ad C. 26.

saris consuetudine aliena vox, a Sallustio frequentata, apud Suet. invenitur C. 10. T. 48. Tit. 7. *Murrhinus* calix A. 71.

Nascor, sermone nato C. 57. N. 40, ejus consilium natum Cal. 41, quas locutiones apud præstantiores script. non invenias. *Natales* = dies natalis apud Posteriores, de origine generisque nobilitate A. 5 ætatem atque natales; qua quidem significatione Tacitus sæpissime h. voce utitur; id quod contra morem veterum est. *Negligens* cum gen. A. 79, cum præp. circa T. 69 circa Deos negligentior, Cicero Acc. 3. 62 legum, officii negligentior. *Nex* plerumque de morte violenta dicitur, insolenter de morte naturali C. 5 pro morte. Ita Sen. Justin. *Nimis* pauca et exigua pro "parum multa" Gr. 24 [1]). *Nomen* in malam partem nonnullis locis apud Suet. dicitur velut A. 55 libellos sub alieno nomine edere (i. e. "alter librum scribit, alter titulum fert" Ruhnk.) A. 29 [2]). Præterea "nomine" positum est eadem vi qua "pro, loco" C. 25 stipendii nomine, C. 34, 42. Vesp. 8, Cæsar B. G. 8. 4 duo millia nummum prædæ nomine condonanda pollicetur; eo nomine ut apud Celsum = ea causa, ob eam causam [3]), Galba 16 eo nomine omnes exacerbavit, Vesp. 4 et, addita particula quod, N. 30 laudabat nullo magis nomine quam quod [4]). *Nominare*, præeunte Livio, Suetonius sæpissime pro "nomen alicujus deferre", præsertim conjuratorum. C. 17 inter socios Catilinæ nominatus, Cal. 26, 56 cet. Curt. 6. 10. 5. Priusquam nominarentur apud dictatorem Liv. 9. 26. 7. *Noscere* pro cognoscere Dom. 20. *Nostras* uno loco T. 71 nostras vox, Cicero Tuscul. 5. 32. 90 nostrates. *Notabilis* Senecæ ætate frequentari coeptum est, sæpissime apud Sueton. pro insigni apud optimos. *Notabiliter* i. q. insigniter A. 87. Plin. minor. Tac. *Notare* [5]) = per notas scribere A. 64, Galba 5. Quint., quæ quidem locutio insolenter posita est (C. 56. A. 88. Gell.) de occultiore scribendi genere ita ut literæ suam vim non habeant. *Notescere* i. q. celebrari, notum fieri, Poetæ] Tac. Suet. A. 43. N. 42, ubi male alii: e — vel in — notescere. *Novissimus* i. q. extremus sæpissime a-

---

[1]) Negat Krebsius sub voce "nimis", h. locutionem latinam esse. Præterea contendit, adverbium quod est nimium, sequente adjectivo vel adverbio, pro nimis apud Sueton. in usu fuisse, cujus rei nullum exemplum invenias.

[2]) Cfr Tac. Ann. 6. 12 multa vana sub nomine celebri vulgabantur, 18, 25, Hist. 1. 5, Liv. 43. 16. 6.

[3]) Cfr Brolén.

[4]) Cfr Madvigium 2. 7. 21.

[5]) A. 64. pro natare Lipsius emendavit.

pud Sueton. velut N. 39 in novissima clausula. Ne ab optimorum quidem consuetudine h. vox aliena est, velut Cic. Rosc. Com. 11. 30. ne in novissimis quidem histrionibus, Cæsar B. G. 1. 23. novissimum agmen et eodem modo novissimi. *Novissime* pro denique, postremo simil. satis sæpe Suet. Posterior. *Novellare* Dom. 7 = novas vites plantare (= instituere), vox rarissima. *Nox.* Noctem alicui polliceri Dom. 1 poetarum more pro concubitu. *Noxa* proprie est damnum, detrimentum Otho 10 ne cui periculo aut noxæ forent Liv. Sall. Posteriores, deinde per transl. est i. q. culpa T. 33 judices noxæ, de qua cognoscerent, admonebat, Livius, Poster., Cæsar B. G. 6. 16, tum apud Livium (8. 28 noxam merere), Celsum, Ovidium, nonnullos alios de ipsa poena dicitur. Apud Sueton. A. 67 insolenter positum est de ipsa voluntate nocendi — maluit timiditatis arguere quam noxæ. Apud Cic. h. vocem vix invenias. *Noxii* dicebantur "qui ob crimen damnati erant ad bestias vel in ludum venatorium" Ruhnk. Cal. 27. Cl. 34. N. 12. Vit. 17. Liv. Poetæ Posteriores. *Numeri* Cæsarum temporibus = milites qui sub uno tribuno erant, Vesp. 6 numeris ad officium revocatis [1]). *Nuncupatio* Cal. 38. N. 46 n. votorum = "dies quo vota pro salute Principis suscipiebantur" Ruhnk. *Nutare* proprie est inclinare, per transl. = incertum esse C. 4 nutantes ac dubiæ civitates Cic. N. D. 1. 43. Democritus nutare videtur, Fin. 2. 8 in eo nutat Epicurus. *Nutrire* pro alere Livius primus usurpavit. Galba 1 nutrire alitem, Celsus, Plin. major. Poetæ. De prima educatione dicitur nutrire N. 6 apud amitam nutritus est, et nutrimentum A. 6 nutrimentorum locus, Cal. 9. Ita nutritor (Gr. 7. Stat. Theb.) qui infantem educat dicitur.

Obambulare, vox rarior quam ambulare. Liv. Poetæ. T. 25 dextram obambulantis, T. 11 gymnasia obambulans [2]). *Obesus* N. 51. Vit. 17. Poetæ, *obesitas* Cl. 41. Dom. 18 — voces arg. æt. *Obfirmate* = pertinaciter, resistere T. 25. *Obhæreo* T. 2 et obhæresco. N. 19 ei lacinia obhæsit Lucr. Appul. *Obire* = mortem obire, A. 63 ut obiit, Liv. Vell. Plin. Major, Galba 3 voluntaria morte

---

[1]) Cfr Lagergren p. 77.

[2]) Magna dissensio inter viros doctos est, utrum "gymnasio" an "gymnasia" scriptum sit. Bremi, Wolff, Döderlein, Frotscher illud malunt, BC. hoc. Livius 36. 34 et Verg. cum dativo conjungunt, Plautus et Ovidius cum accusativo. Cfr Krebsium "obambulare".

obiit[1]), obire diem C. 9. i. s. q. præstituto die adesse[2]). *Objurgare* i. q. castigare Cal. 20 ferulis, O. 2. Seneca Pers. Petron. *Oblatrare* Vesp. 13. Demetrium oblatrantem nescio quid, Seneca. *Obliquus* per transl. = obscurus (de oratione) Dom. 2. Cicero et Cæsar propria semper vi h. voce utuntur. *Oblocare* aliquid macellariis C. 26. Justin. *Obmurmurare* Otho. 7 Ovid. *Obnoxius* T. 12. Liv. Sall. Suet. Poetæ. Absolute positum est T. 12 obnoxium et trepidum = timidum. *Oboleo* vox Plautina, allium Vesp. 8. Cal. 23. *Obsero* Tit. 11. Poetæ Liv. Nep. Col. *Obsolefieri*, vox rara, A. 89 nomen = vilescere; Seneca Ep. 90: auctoritas obsolefacta. Valer. Max. *Obsuere*, vox poetarum, obsuta lectica T. 64. Rh. 1. *Occipitium* T. 68. Cal. 35. Celsus. Quint. *Occasio*, omni occasione, per occasionem, similia apud Sueton. et Posteriores i. s. q. occasione oblata ut apud Suet. C. 73. A. 16. *Occursus* apud Tac. Vell. Plin. majorem, Livium (5. 41. 5), Suet. (T. 7. N. 1, 23). *Offendere* occasionem C. 3 = invenire Varro Ter. *Officium* Cæsarum demum ætate = munus magistratus simil. Ita Suetonius sæpissime velut A. 37. T. 42. Jam apud Cæsarem B. G. 3. 5. 2[3]) idem fere significat. Officium Cæsarum ætate sæpe dicitur de iis qui magistratum comitantur, et præcipue de iis qui amicorum dies festos præsentes celebrant, velut Cal. 25 quum ad officium (nuptiarum) et ipse venisset. *Olidus* senex T. 45. Colum. Mart. Hor. *Operam* dare homini C. 4 = audire, matrimonio G. 5 = ducere uxorem. *Operari* Cal. 20 hominibus operantibus = opus manibus facere. Posteriores. *Opinari* apud Sueton. sæpe i. q. loqui, velut A. 51 quod male opinari de Cæsare soleret, A. 67. *Opprobrium* et *obsonium*, voces poetarum et posteriorum, Suet. sæpe. *Orare* causam Cal. 3. Liv., simpliciter orare (audi causam) Tit. 3 pro eo quod est dicere causam; Cic. Off. 3. 10 litem orare. *Ordinare*, apud Cicer. rara vox, ab arg. æt. scriptoribus frequentata est. Ordinare bibliothecas C. 56 = digerere, disponere; ordinare magistratus C. 76 = instituere. *Ordinatio* pro institutione, ordine Dom. 4. A. 31. Hæc vox a veterum consuetudine aliena est. *Oriens* pro Orientis partibus, provinciis, terris simil. frequentissime apud Sueton., velut T.

---

[1]) Locus Aug. 4 nunc emendatus est, ut "mortem", non "morte" legatur.

[2]) Cfr Seyffert ad Lælium 2. 7 "tu non affuisti qui diligentissime semper illum diem solitus esses obire." Apte comparat Ruhnk. vadimonium obire, i. e. se sistere ad diem et vadem liberare.

[3]) Cfr Nägelsbach (Vierte Auflage) p. 56.

12. Orienti præpositus, A. 13. Ita sæpe Posteriores, raro optimi locuti sunt.

Pangere proprie de plantis dicitur = plantare (πήγνυμι) Galba 1 quum ramulum pangi placuisset, Propertius 3. 17. 5 pangere ex ordine colles, Colum. *Panarium* pro canistro Cal. 18. Dom. 4. *Panificium* Vesp. 7. Celsus. *Pannus* (ῥάκος) Dom. 7. Cal. 35. Poetæ. *Papilla* Varro. Colum. Plinius Major. Otho 11. *Parere* pro apparere[1]) A. 95 immolanti — jocinora — paruerunt, Cal. 8. Vesp. 4. Formula forensis "si paret" ap. Ciceronem invenitur velut Milo 6. 15. *Parum* est = non sufficit Cal. 29 tamquam parum esset non obedire, Liv. 38. 54[2]). Poetæ. Cic. Sest. 14. 32. *Patriciatus* "jus et dignitas patriciorum" nova vox (A. 2), quæ postea ab Ammiano Marcell., Cassiodoro, aliis frequentata est[3]). *Pati* cladem pro accipere C. 36. *Pauperies* pro paupertate Gr. 11. Poetæ. *Pavidus*, pavidus semper atque anxius Dom. 4. N. 24, per figuram de rebus intransitiva vi dicitur Cal. 50 quies pavida imaginibus. Liv. Poet. Posteriores. Sallustium primum sol. or. scriptorum h. vocabulo usum esse, contendit Östling. *Pavefactus* A. 99. Cal. 51. Otho 7. N. 48. Ovid. Seneca. *Pegmaris*, pegmares gladiatores Cal. 26 "qui de pegmate depugnant" BC.[4]). *Pensare* pro compensare A. 25. Præeunte Sallustio Posteriores frequentarunt. *Pensitare* i. q. perpendere, deliberare apud Livium uno loco (4. 41), A. 66. C. 30 pensitatis viribus suis et inimicorum. Posteriores. *Pensi* aliquid habere[5]), quæ locutio apud Sallustium, Livium, Posteriores in usu est, tamen semper in sententia negativa. N. 34 Nec quidquam pensi habuit in divexanda = nihil perpendit, curavit simil. Dom. 12 nihil pensi habuit quin. *Pendere* venalis dicitur is, cujus bona in tabula ut venalia pendent Cl. 9. Dom. 9[6]). *Penetrale* pro loco interiore A. 18, templi Galba 9. Liv. Poet. Posterior. *Peragere* insolenter de ædificationibus ap. Suetonium invenitur velut Cal. 21 opus a Claudio peractum[7]). *Perannare* = totum annum vivere Vesp. 5 puella nata

---

[1]) Cfr Madvigii Advers. Crit. ad h. l. qui legendum esse censet "apparuerunt". "Nam pareo pro appareo (extra juris usum) antiquissimis et Apulejo similibusque relinquendum, præsertim pareo factus". Alii legunt patuerunt; vide BC. De "parebant" pro "parabantur" vide BC. ad N. 27.

[2]) Eodem modo parum habere invenitur Sall. Jug. 31, Livius 42. 3.

[3]) Ruhnk.

[4]) Hoc tamen loco lectio valde dubia est.

[5]) Madv. Sprachl. 285 b. 2. Reissig-Haase 647.

[6]) Cum h. locutione comparari potest confiscare hominem A. 15. Cl. 25, publicare libertinos pro bonis libertinorum. Cfr Bremi ad Cl. 9.

[7]) Cfr Bremi ad h. l.

non perannavit. Hanc vocem nescio an nemo, Suetonio excepto, usurpaverit, nam nunc legitur perennare apud Macrob. (Sat. 1. 12. 6). *Percivilis* sermo T. 28. *Percurrere* honores N. 3. T. 9. Plin.+ minor. *Perdere* N. 30 pecuniam i. e. profundere, Prop. 2. 6. 8. Ter. Ad. 1. 2. 54. *Perdomare* T. 16. Tit. 5, vox Ciceroni, Cæsari non usitata. *Perduro*, Plaut. Terent. Ovid. Stat. Theb. Suet. N. 24 quum perdurare non posset, destitit ante decursum. *Perfusorius* Dom. 8 perfusoriæ assertiones. Seneca habet perfusoriam voluptatem. *Pergula* A. 94. Gr. 18 (*ὑπερῷον*) est "tabulatum quod ex ædibus prominet" Plin. major. Juven. 11. 137. *Periclitari* apud Cic. transitiva vi invenitur, apud Suet. intransitiva, ut idem fere sit quod: in periculo esse T. 21 de summa imperii populus periclitatus. Cæsar B. G. 6. 33 ut vita periclitaretur. Celsus. Periclitatus passiva vi positum est Cl. 32 periclitatum quendam. Ita Cicero (Lælius 17. 63) moribus amicorum periclitatis. *Perindigne* ferre T. 50. *Perinfamis* vir Vit. 2. App. met. *Peritia* futurorum T. 67 pro scientia Plin. Major. Quint. Sall. *Permodicus* A. 6. T. 7. *Perosum* esse = odisse T. 21 si non populum R. perosi sunt, Vesp. 4. Livius. Justin. Val. Max. Quint. Tac. Ovid. Lucanus. *Perpetrare* = perficere bellum Cal. 46. Plaut. Liv. Justin. Tac. *Perrogare* a primo ad ultimum rogare A. 35. Liv. Posteriores. *Persancte* N. 35. Tit. 10. Terent. *Persedere* i. q. usque ad finem sedere Cl. 34. *Persenex* Gr. 9. *Perseveranter* A. 62. Livius, Posteriores. *Perspectare* = usque ad finem spectare A. 98. Dom. 4 Plautus. *Perspeculari* = diligenter speculari C. 58 Plin. major. *Pertædet*. Vide quæ de participiis disputavi. *Persuasio* apud Ciceronem (Inv. 1. 5) et Justinum (34. 4) "ad persuasionem difficilis" activam vim habet: apud Suet. Quint. Senecam, alios vim passivam Vit. 7 veterem de se persuasionem auxerat, T. 69 plenus persuasionis cuncta fato agi. *Pertendere* C. 4. T. 72. C. 32. Pertendit ad alteram ripam Liv. *Pertundere* N. 17. Varro Plaut. Colum. *Perurgere* T. 25. *Pervigilium* (sacrum nocturnum) indicere Cal. 54. Galba 4. Liv. Posteriores. *Petitor* apud optimos script. dicebatur (in judiciis privatis) is qui adversarium in jus vocabat, apud Sueton. dicitur pro candidato C. 23 e petitoribus non alios adjuvare [1]). *Pignerare* i. q. pro pignore dare Vit. 7 unionem ad impensas; Ju-

[1]) Si Krebsio credere licet, nemo scriptor, excepto Suetonio, h. significationem huic voci subjecit. Vide tamen quæ Georges in lexico suo dicit: petitor — 11) insb.: A) als publ. t. t. der Amtsbewerber Cic. u. A. — Klotsius affert hos locos: Scipio Afr. Aem. apud Macrobium 3. 14. 7. Jan. Hor. C. 3. 1. 11.

ven. 7. 73. Liv. 29. 36. Cicero habet pignerare eadem signif. qua pignore sibi devincire ut ap. Suet. Cl. 10 "primus Cæsarum fidem mil. etiam præmio pigneratus." *Pignus*. Pignera capere C. 17. — Cicero (de Or. 3. 1. 4) auferre [1]) — dicuntur magistratus, quum per apparitores suppellectilis partem iis auferrent qui sibi non oboedirent. *Pila*. Pilæ Cl. 20 = moles in aqua exstructæ Verg. 9. 711. Vitr. 5. 12. Silius. *Piscina* proprie locus, ubi sunt pisces, deinde balineum dicitur N. 27 refotus calidis piscinis. Plin. Minor. Seneca. *Pistrinensis* -ensia jumenta Cal. 39. *Placere* apud Sueton. velut. N. 42. Galba 12. Vit. 11 proprie dicuntur scenici, choraulæ, citharoedi simil., quum studiose a populo audiuntur, Terent. Opp. explodi. *Placitus*, vox poetis, Sallustio, Justino. Tacito [2]) usitata pro: qui placuit Cal. 36 quum maxime placitam sevocasset. *Plangere* (græce κόπτεσθαι) pro lamentari, plorare, vox fere poetarum N. 49. Otho 8. Tac. Agr. 46. 2. *Plausor* N. 25. Hor. Ep. 2. 2. 130. *Plenus* s. i. q. frequens — pleno convivio C. 49. A. 51, 76. Cal. 24 [3]). *Plurifariam* = pluribus locis; frequentissime apud Suet., Cicero habet multifariam. *Pluteus* a Cæsare de re mil. dicitur = testudo, vinea; a Suetonio "de parte exteriore lectuli, a mensa aversa" BC. Cal. 56. "Interior erat sponda mensæ adversa" [4]) Prop. 4. 8. 68. *Podium* est editior locus circi vel amphith. N. 12. Vitruv. 5. 7. *Poenitet* [5]). *Poenitentia* vox jam a Livii ætate frequentissime usurpata a sol. or. scriptoribus C. 9. 75. N. 43. Cal. 9. 39. *Pollicitatio*, vox a Cicerone rejecta, a Cæsare nonnullis locis usurpata, apud Suetonium invenitur Dom. 2. N. 13. Otho 6. *Pollicitari*, vox Plautina et Terentiana, apud Sallustium invenitur = polliceri. *Popularitas* — studium animos populi sibi conciliandi, Tit. 8 ne quid popularitatis prætermitteret, Cal. 15 sæpius Tac. Ann. 3. 69. Stat. *Posca* "est potus ex aceto et aqua confectus" Vit. 12 [6]). *Potens* rerum C. 72. *Postulator* N. 14. *Posticus* -a pars Palatii Otho 6. Plaut. Varro. Val. Max. *Potulentus* pro ebrio Otho 6 [7]). Apud

---

[1]) Cfr Piderit de h. re Or. 3. 1. 4 p. 364 erklärende indices.

[2]) Ann. 2. 66 placitas semel artes.

[3]) Cfr Tac. Ann. 4. 3 plena Cæsarum domus; Quint. 2. 11. 3. 2. 8. 3 plenum pueris gymnasium.

[4]) Vide BC. sub voce sponda.

[5]) Vide quæ de participiis disputabo.

[6]) Cfr Ruhnk. ad h. l. Ut esca ab edo, sic posca ab antiquo po, cujus supinum potum usitatum est, dicitur.

[7]) Cfr Apul. Met. 3 p. 131. 18 cum a coena serius me reciperem potulentus.

Ciceronem i. s. q.: quod potari potest N. D. 2. 56 gustatus habitat in ea parte oris quæ esculentis et potulentis iter natura perfecit. *Potionare* Cal. 50 potionatus [1]. *Prœcalvus* -um caput G. 21 i. e. aut præter ceteros calvum aut in anteriore parte capitis calvum. *Prœcedere* apud Cicer. nusquam, apud Cæsarem per transl. usurpatum invenitur [2]. Apud Suetonium i. s. q. antecedere velut Dom. 14. Equites cum præcederent, Vell. Quint. Plin. minor. *Prœcellere* A. 25 honore, N. 23. Plin. major. Tacit. Optimi habent participium præsentis ut Suet. Cal. 3 in utraque re præcellens. *Prœcipitium* "locus præruptus" A. 79 in præcipitium propellere. Poster. *Prœcingere.* Puer male præcinctus C. 45. Vox potissimum poetarum, apud Posteriores rarior est. Strophio præcingere Cic. ap. Non. p. 538, 12. *Prœcludere* insolenter de hominibus positum est N. 32 præclusit cunctos negotiatores = tabernas negotiatorum [3]. *Prœcognoscere* A. 97 mors præcognita est Plancus ap. Cic. fam. 10. 15. *Prœcupidus* A. 70. *Prœdamnare* reum A. 56. Liv. 4. 41; 5. 11. *Prœdicere* pro constituere apud Tacitum (Ann. 2. 79 diem prædicere; 11. 27) et Suetonium (Cl. 8 ad prædictam coenæ horam; prædicere pro eo quod est supra dicere uno loco (A. 90) apud Suetonium est: ut prædiximus [4]). Sæpe ita posteriores locuti sunt. *Prœdives* T. 49. Liv. Plin. major. Poetæ. *Prœdulcis* (vox) Cal. 33 Verg. Quint. *Prœdurus*, vox arg. ætatis, Galba 22 præduri homines (sensu obscoeno) = exoleti. *Prœfatio* Cl. 25 vetere fetialium præfatione (= carmine) adhibita [5]. Dom. 11 numquam sine præfatione clementiæ sententiam pronuntiavit; inde de libro dicitur, in præfatione libri Lucan. apud Suet. Plin. Minor Colum. Livius [6]. *Prœgrandis* (oculus) T. 60, 68. Plin. major Appul. *Prœgravare* = graviora esse, præponderare C. 76 cetera facta prægravant [7]). Metaphora a lance sumpta est. *Prœlautus* homo Vit. 2. N. 30. *Prœlegere* i. s.

---

[1]) Quoniam hæc vox apud scriptores Romanorum non invenitur, Oudendorpius conjicit: potione tentatus, ut N. 34 scriptum est "cum matrem veneno ter tentasset." B.-Crusius autem hoc verbum ad analogiam verborum quæ sunt contio, contionari, formatum putat. Cfr B-C. ad Cal. 50.

[2]) Nam locum (C. B. G. 7. 54) Oudendorpius ita emendavit: antecedere.

[3]) B-Crusius: portis præclusis excedere prohibuit eorumque merces remque familiarem confiscavit. Alii aliter. Cfr BC. ad h. l.

[4]) Lectio tamen fluctuat inter prædicere et supra dicere.

[5]) Cfr Cic. Acc. 3 80 quæ tua præfatio donationis erat.

[6]) Cfr Seyffert Palæstra C. (Ed. quinta) p. 219.

[7]) Cfr Senecam clem. 1. 24. pars civitatis deterior quanto prægravet.

q. præire alicui voce, de scripto Gr. 1. 16. Quint. *Præmior* Tit. 7 præmia pacisci. *Præmorior* Gr. 3 ut ea parte corporis quasi præmortua vixerit Liv. Ovid. Quint. *Præmittere* vocem Cal. 58, transl. significatione; Seneca Ep. 5 cogitationes, Tac. Ann. 12. 6. Optimi semper propria vi. *Præpinguis* G. 3 Posteriores. *Præpropere* Otho 8 impigre atque etiam præpropere Liv. *Præsagium*, quæ vox in usu fuit apud Ovidium, Plinium Majorem, Colum., Vell., Sueton., pro præsagitione, divinatione, præsensione, legitur Galba 6 sæpius. *Præscire* pro prænoscere, præsentire, ante priusve scire sim. T. 67 Terent. *Præsentaneus* de veneno dicitur eadem vi qua præsens et efficax N. 33. Seneca Plin. Major.[1]). *Præses* Cæsarum ætate dicebatur præfectus provinciarum C. 55. Dom. 6 sæpius. *Præstare* A. 89 "in quibus et ipsis præstabat largiter" = multum excellere. *Præstruere* = ante instruere T. 53 quum instructum utrumque esset, Posteriores Ovid. *Prætentare* = ante explorare; prætentato sinu A. 35. Cl. 35. Poster. Poetæ. *Præternavigare* pro prætervehi, quod verbum scriptum est C. 37, 78. A. 93, 98. T. 12. N. 27 quoties Bajanum sinum præternavigasset. Appul. *Prætextatus* transl. significatione de verbis dicitur Vesp. 22 pro turpi, obscoeno Juven. 2. 170. Macrob. Gell. *Prætorium* i. q. tentorium A. 24. Cæsar. B. G. 1. 76. Sall. Liv., deinde domus præfecti provinciarum Cic. Verr. 4. 28. 65; 5. 35. 91, tum Cæsarum demum ætate amplissima quæque domus prætorium vocabatur — in exstructionibus prætoriorum et villarum Cal. 37. Tit. 8. T. 39. A. 72. Juven. Stat., postremo apud Tacitum et Suetonium de ipsis Prætorianis dicitur N. 9, 47 tribuni centurionesque Prætorii. *Prætorianus*, vox Cæsarum ætatis scriptoribus usitata A. 99, 101 satis sæpe. *Prætrepidus* T. 63. N. 41. *Prævalidus* ramus Vesp. 5. Tac. Liv. *Prævalere*, vox arg. ætatis pro "plus valere, pollere" simil. Galba 19 auctoritate et præsentia N. 33. 28. A. 7. Participium "prævalens" jam apud Livium est[2]). T. 16 prævalens hostis. *Prævenire* jam apud Sallustium uno loco (J. 71. 5)[3]). Hanc vocem, potissimum poetarum, usu receperunt Posteriores sol. or. scriptores C. 44 talia agentem mors prævenit, C. 57. T. 62. Cl. 84. Tit. 10. *Pridianus* cibus Cal. 58. T. 34. Vit. 13. Plin. major, Cato Apul. *Primitus*, vox rara pro "primum, primo" Cl. 7 primitus ingredienti forum, Poetæ Varro Val. Max.

---

[1]) Apud Gell. Noct. Att. 6. 4. legitur "præsentarius", non "præsentaneus".

[2]) Præfatio: "prævalentis populi vires".

[3]) Krebsius negat, quemquam ante Livium h. verbum usurpasse.

Gell. *Primores* pro principibus. Livius primus, si auctoritati Krebsii fidere licet, ita locutus est, eumque secuti sunt posteriores rerum scriptores A. 79 quidam e primoribus Galliarum, satis sæpe[1]). *Principalis* pro "principis" (i. e. imperatoria), principalis auctoritas T. 65. Cl. 17. Cal. 39 Posteriores. *Privilegium* dicit Cicero[2]) legem, quæ ad privatos homines pertinet, apud Posteriores vero i. s. q. benificium, jus præcipuum. *Proauctor* generis sui Cl. 24. *Probatio* = argumentum A. 7 satis certa probatione tradiderim. Seneca Plin. minor Posteriores. *Probrosus* de hominibus dicitur Dom. 8 femina, Cal. 11. Tac. Ann. 3. 68 vita; apud Ciceronem de rebus usurpatur. *Procidere*, bos procidit ad pedes Vesp. 5. Poetæ Liv. Plin. Major. *Proconsulatus* Asiæ A. 3 sæpius. Posteriores. *Proculcare* rempublicam Vesp. 5. Liv. 10. 36. 5. Posteriores. Cicero habet conculcare. *Prodigere* pro consumere, profundere; opes N. 30. Sall. Plaut. Tac. Varro r. r. 2. 48 (propria significatione) sues prodigere. *Producere* duobus locis Suetonius mihi videtur insolenter usurpasse. Otho 5 quos singuli binos produxerant, A. 101 produxit quædam (legata) ad vicies sestertium. Hoc loco = augere, illo l. = eligere. *Profectus* pro progressu, successu N. 20 blandiente profectu Ovid. Varro Colum. Quint. Seneca Plin. minor. Cicero hac significatione habet: proficere in re. *Professor*, vox arg. ætatis, pro magistro, præceptore T. 24 p. sapientiæ, sæpissime apud Suetonium. Ita apud Ciceronem dicitur is, qui publice docet aliquam artem, profiteri. *Professio* i. s. q. publica institutio Gr. 8 desidiosior in professione grammaticæ Posteriores. *Profluvies* alvi (*διάῤῥοια*) A. 97. Celsus Posteriores. *Profugere* junctum est cum acc. Cal. 48 concionem = e concione, Posteriores. Optimi intransitivam vim huic voci subjecerunt[3]). *Profusio* pro effusione, luxuria apud Plinium minorem et Suetonium N. 30. Divitiarum et pecuniæ fructum non alium putabat quam profusionem[4]). *Profuse* A. 75. 72 extruere Sallustius Livius. *Progener* i. s. maritus neptis A. 19 Seneca Tacitus. *Promercalis* -e aurum C. 54. Gr. 23 = venale Colum. Gell. *Promiscuus*, vox a Cicerone et Cæsare rejecta, Livio Tacito Quint. usitata, A. 53. Cl. 41 in usu promiscuo esse. *Promovere* apud Suetonium et propria vi, ut semper apud veteres, et translata usurpatur eadem vi qua: perducere ad honores, pro-

[1]) Cfr Madvigium Cic. de Fin. 3. 16. 52.
[2]) de Leg. 3. 19.
[3]) Nam locus Ciceronis (Sest. 22. 50) a Halmio mutatus est ita, ut "vi", non "vim" nunc legatur.
[4]) Propria vi apud Celsum velut 2. 7 sanguinis.

ducere ad dignitatem, Otho 1 in ampliorem gradum promotus Vesp. 16. Plinius Minor. Curt. *Pronus* jungit Sueton. sæpissime cum præpositione "ad" vel "in", duobus locis [1]) poetarum morem secutus est. *Propitio* pro "propitium reddere, placare" O. 7 manes, Vesp. 7. Posteriores. *Proprietas* apud Ciceronem significat id quod proprium alicujus rei est, apud Suetonium (Galba 7) significat dominium — quum de proprietate jumenti quæreretur. Justin. Dig. *Propugnare* sequente acc. C. 23 absentiam [2]) Optimi: pro re. *Prorepere* Cl. 10 prorepsit ad solarium proximum Hor. Colum. *Prosa* oratio pro soluta A. 85. Cl. 1. Dom. 4 Posteriores. *Prosapia*, vox a Cicerone ut "vetus" rejecta, a Quintiliano ut "insulsa", uno loco (Galba 2) est apud Suet. pro genere, progenie. Galba 2. magna et vetere prosapia Sall. Jug. 85. 10. Justin. Apul. *Proscindere*, vox rusticorum propria, transl. significatione A. 13 convicio, Cal. 30, Lucan. ap. Sueton. Ovid. Val. Max. Plin. major. *Prosecare*, vox sacrificantium propria, A. 1 semicruda exta rapta foco prosecuit, Liv. 5. 21. Cato. Plautus, unde partes victimæ quæ in aram imponebantur, prosiciæ vel prosectæ dicebantur. *Prostare* [3]) de meretricibus quæ quæstus causa stabant ante lupanar T. 43. Similiter *Prostituere* pudicitiam N. 29 et prostituta Cal. 36. 40 (= venalis pudicitiæ) et eadem significatione insolenter *Prosternere* (de stupro) positum est C. 2. T. 35 prostratæ pudicitiæ, Cal. 24. Justinus. 12. 7. 11. *Protrahere* convicium in primam lucem C. 52 sæpe. *Provenire*, quæ vox proprie de frugibus dicitur, apud Tacitum et Sueton. (uno loco Vesp. 5) per translationem i. s. q. succedere, prospere cedere simil. — quicquid cogitaret volveretque animo quamlibet magnum id esse proventurum (græce προχωρεῖν), ad alias res translatum est A. 94 ostentum provenit, Galba 1 tanta pullorum suboles provenit. Ita variis modis poetæ et posteriores h. voce utuntur. *Proventus* propria [4]) vi positum est Cl. 16 uberi vinearum proventu; Seneca. *Providere* pro prospicere, procul videre T. 14 nave provisa, Dom. 14. Optimi semper translatam significationem huic voci subjiciunt. *Provocare* insolenter positum est pro incitare Cl. 21. Cal. 27 ad hilaritatem. Plinius minor. *Provulgare* scriptores post Augustum usurparunt N. 36 conjurationes. *Publicare*. Huic voci varias significationes Suetonius subjicit. Apud Ciceronem

---

[1]) N. 40 pronior cui spei, G. 12. Cfr præterea Dræger Hist. Synt. p. 411.

[2]) Cfr Reissig-Haase p. 696.

[3]) Eodem modo stare apud Juven. invenitur velut 10. 239; 11. 172.

[4]) translata significatione pro successu apud Cæsarem B. G. 7. 29 omnes secundos rerum proventus exspectare, Liv. 45. 41. Plin minor. Val. M.

et æquales i. s. q. ærario addicere, ut apud Suetonium Cl. 25 libertinos publicavit = in ærarium bona libertinorum redegit. Novæ significationes a posterioribus additæ sunt velut Suet. C. 44 publicare bibliothecam = communi usui dare, A. 29. 100 [1]). C. 56 quos omnes libellos vetuit Augustus publicari = in vulgus edi, Cl. 3. Plin. minor; N. 21 se publicare, A. 43 i. a. populo ostendere; T. 65 quod mox simulacrum Felicitatis ex senatus consulto publicatum ibi sit = publico loco ponere [2]). *Puerperium* Cal. 8. A. 94. Plautus Posteriores. *Puerasco* Cal. 7 unus jam puerascens. *Pulpitum* Tres consulares super pulpitum collocavit Cal. 54. N. 13. Gr. 4. Poetæ Vitruv. Plinius minor. *Pupus* (i. q. puerulus), unde deminutivum pupillus Cal. 13, quam vocem nutricula parvulum permulcens usurpabat. Adjectivum pupillaris est A. 66 pupillari ætate esse. Liv. 24. 18. *Purificare* se A. 94. Plin. major. *Putrefacio* — putrefactum cerebrum Cal. 27. Liv. Plinius Major.

Quadrata statura Vesp. 20, "in qua apte congruunt longitudo et altitudo" Colum. 6. 1. 3. boves quadrati (græce τετράγωνος); agmen quadratum Liv. Cicero. *Quadriga* -æ impulsu Vit. 17. Forma singularis hujus vocis nisi poetis, aliquot scriptoribus, qui ante auream ætatem erant, Suetonio (Vit. 17), Plinio Majori, Valerio M. non usitata. Pluralis frequentissime invenitur. *Quadrimestris* consulatus (= quattuor mensium) N. 14. Varro. Cato. *Quærere*. Quærendorum liberorum causa C. 52 sollennis formula. Plautus capt. 2. 109. *Querneus* -a corona Cal. 19. Cato Colum. [3]).

Rapere. Rapi apud poetas et posteriores dicuntur qui immatura morte pereunt. Cal. 7 duo infantes adhuc rapti. *Rebellare* = bellum renovare, non tumultum movere, Livio præeunte, Posteriores usi sunt. Vesp. 4. Judæi rebellarunt, C. 75. A. 21. Apud Ciceronem et Cæsarem h. verbum non invenias. *Rebellio*, quæ vox jam apud Cæsarem invenitur, Cal. 51 rebellio Germaniæ, Vesp. 1 rebellione trium Principum = bello deinceps gesto a tribus Principibus. *Recensus* pro recensione C. 41. A. 49 populi. *Recumbere* poetarum more pro accumbere T. 72. Plin. minor. Justin. *Reditus* (græce πρόσοδοι) Cal. 16. 41. Liv. Nep. *Referre*. Madvigius [4]) negat,

---

[1]) Jam apud Livium hæc significatio huic voci subjecta est 3. 31. 1 publicare Aventinum.

[2]) Nonnullos Senecæ locos attulit Rosengren.

[3]) Alii quercica legunt.

[4]) Fin. 2. 30. 97.

optimos h. verbo uses esse pro narrare, tradere simil.[1]); Livio præeunte, Posteriores ita locuti sunt C. 6 de ejus ac patris origine sic referens, C. 9. 30. 49 sæpissime. *Refectio*, vox arg. ætatis C. 15. r. Capitolii. *Refector* Coæ Veneris Vesp. 18 (bis). *Refovere* proprie denuo fovere. Fovere autem proprie i. q. incubando calefacere (velut ova, pullos). N. 27 refotus sæpius calidis piscinis; Poetæ, Posteriores, deinde transfertur ad alias res C. 35 reliquias partium in Africa refoventes (i. e. reficientes) Posteriores. *Regimen* A. 27 morum et legum Posteriores. Poetæ. *Rejicere* i. q. evomere, vox medicorum propria, A. 77 senos sextantes si excessisset, rejiciebat. Uterque Plinius. *Remaledico* Vesp. 9 opp. maledico. *Remollire* = mitigare A. 79 eo se inhibitum et remollitum, Ovid. Colum. *Repertores* monstrosi concubitus T. 43. Poetæ Posteriores, Sallustius pro inventore. *Repetere* raro absolute positum est in scriptis Ciceronis pro memoria repetere, meminisse. Poetæ et Posteriores frequenter ita locuti sunt Gr. 4 me quidem adulescentulo repeto quendam declamare, ubi accusativus cum inf. sequitur. *Replicare* Cicero transfert (velut replicare memoriam, simil.), Posteriores propria vi utuntur A. 95 victimarum jocinora replicata intrinsecus ab ima fibra = duplicata[2]). *Repudium* Plaut. Terent. Posteriores. Insolenter repudium remittere (pro mittere) T. 11; repudium mittere exstat Cal. 36[3]). *Repurgare* A. 30. T. 8. Poetæ Posteriores. *Res*. Non a re fuerit A. 94. Dom. 13 = non alienum a re, quæ paulo insolentior locutio apud Plautum, Gellium, Livium[4]) invenitur. *Resalutatio* N. 37. *Resarcire* damnum Cl. 6; detrimentum r. Cæsar. B. G. 6. 1. 3; Cicero habet damnum sarcire (Fam. I. 9. 5), et Cæsar 3. 67. 2; Livius propriam vim huic voci adjungit [5]), Columella et propriam et translatam tribuit. *Rescribere* apud veteres i. s. q. respondere. Etiam de re pecuniaria dicitur[6]). Præterea apud Suetonium = emendare, retractare C. 56 rescriptum et correcturum fuisse commentarios Plin. minor. *Resolvere* Dom. 6 resolutus Rhenus, vox poetarum a Livio frequentata est pro sol-

---

[1]) Krebsius affert tamen locum Ciceronis (Att. 8. 11. D. 2. Ep. ad Pomp., ubi non recte i. s. q. narrare putat.

[2]) Ob nimiam enim magnitudinem ita se replicuerant exta, ut duplicia viderentur" BC.

[3]) Plautus habet renuntiare repudium pro nuntiare.

[4]) 8. 11. 1; 35. 32. 6.

[5]) 45. 28 resarcire tecta.

[6]) De re militari Cæsar B. G. 1. 42 nunc ad equum rescribere.

vere, laxare simil[1]). *Respectus* pro ratione[2]) habita Otho 6 sed respectus cohortis obstitit. Apud Livium, præsertim in ablativo "respectu", frequentissime pro ratione invenias. Multo insolentius respectus positum est pro reverentia, existimatione simil. N. 20 occultæ musicæ nullum esse respectum[3]) *Respondere* C. 45 quia non tota ad animum ei responderat. Varro. Liv. Sen. Plin. major. *Restrictus* propria vi apud Sueton. A. 73 togæ restrictæ, Dom. 18. Cicero translata vi pro avaro. *Resuere* — resuta tunica ex utraque parte A. 94. *Resumere* et propria vi[4]) et translata[5]) apud Sueton. invenitur. Hoc modo Posteriores et Ovidius[6]) locuti sunt. *Resurgere* Vesp. 5 arbor prostrata resurrexit Liv. Poet. Poster. *Revelare* caput Galba 7. Tacitus pro aperire. *Reverentissime* A. 93. N. 23. Plinius Minor; reverentia Cal. 6. Cl. 6. Cicero (Off. 1. 28. 99). Poetæ Posteriores. *Revocare* i. q. repetere, reddi jubere, N. 32 revocavit præmia civitatum, quæ umquam sibi in certaminibus coronas detulissent[7]) N. 44. Galba 15. Cl. 29. Vesp. 8. Paulo insolentior est locutio illa "capillum revocare" (i. e. reducere) a vertice C. 45. *Rictus* i. e. os distortum Cl. 30 spumante rictu, Poetæ Posteriores. *Rimari* singula Vit. 17 translata vi positum est. Ita semel[8]) Cicero locutus est eumque secuti sunt Quintilianus, Tacitus. *Rogare* qm pro aliquo apud præstantiores i. s. q. supplicare alicui pro aliquo A. 40. Vit. 12. Phædrus Ovid. *Rubidus* Vit. 17, vox Plautina. *Ructus* Vit. 7. Seneca Plinius. *Rudimentum* -a docere A. 64 = initia artis, T. 8. N. 22. Liv. Poster. *Rudus* pro parietinis, dirutis muris simil., alveum Tiberis completum ruderibus A. 30. Vesp. 8. Vitruv. Posterior. *Rumpere* patientiam T. 24, obsequium. Galba 16. Poetæ. *Rusticitas* C. 53. Ovid. Quint. Plin. minor. *Rutabulum*[9]) A. 75. Cato. Colum. *Rutilus* N. 1 (bis) et *Rutilare* Cal. 47. Poetæ Posteriores.

---

[1]) Cicero uno loco habet (Phil. 14. 14. 38), ubi tamen Baiter scribit "soluturum".

[2]) Apud Ciceronem uno loco (Phil. 5. 18. 49) "Cæsar respectum ad senatum non habuit". Ita Krebsius. Klotzius vero et alii putant, respectum h. loco i. s. q. perfugium ("der Zufluchtsort").

[3]) Græce: τῆς λανθανούσης μουσικῆς οὐδεὶς λόγος.

[4]) arma Cal. 48. 30. N. 24.

[5]) animum Vit. 15. A. 78. N. 41.

[6]) Met. 4. 665 pennas.

[7]) Hanc lectionem optimam esse et Bremi et BC. censent.

[8]) Div. 1. 57. 130.

[9]) Cfr BC. ad A. 75.

Sacrificare uno loco [1]) apud Ciceronem, sæpius apud Livium, apud Plautum, Ovidium Varronem, Plinium majorem frequentissime invenitur pro sacra facere, obire C. 85. A. 14. 96. Cal. 57. T. 25. Cl. 13. 36. Galba 19. Otho 6. Omnibus his locis absolute ut dicitur positum est. *Sacrilegium* C. 54 sacrilegiis ac rapinis Livius. Posteriores — *Sæculum* apud arg. æt. scriptores dicebatur imperatoris ætas A. 100 sæculum Augustum appellandum quidam in senatu censuere omne tempus a primo die natali ad exitum ejus, A. 89. *Sævio* imperatorum ætate frequentatum est N. 38. A. 13 [2]). Adv. quod est *Sæve* invenitur T. 59. Cl. 2. Poetæ. *Salarium* est merces muneris — salario sustentare T. 46. N. 10. Posteriores. Modo adjectivum "annuus" additur, modo omittitur; interdum annuum s. i. q. salarium velut Vesp. 18. *Sandapila* Dom. 17. Mart. Juven. *Scaber* A. 79. Cato Col. Poetæ. *Scalprum* librarium Vit. 2, sculptura. N. 46, Galba 10, voces arg. ætatis. *Sceleratus* apud optimos de hominibus dicitur, apud Suetonium et Poster. etiam de rebus, et ita quidem ut calamitatis vim habeat. Cl. 1 castra scelerata = infausta, calamitosa, Liv. [3]) Hor. Verg. *Scilicet* [4]) Suetonius nonnullis locis habet, ubi optimi aut nihil aut vocem "dico" posuerunt A. 29 sub nomine alieno, nepotum scilicet et uxoris, T. 14. Vesp. 2. *Scriptura* proprie est actus scribendi, scriptio A. 80 digitum scripturæ admovere", Cicero; deinde pro scripto positum est C. 41 scriptura brevi (= paucis verbis) edebat per libellos, Cal. 41 per ignorantiam scripturæ = scriptæ legis. *Scrinium* N. 47. Gr. 9. Posteriores Poetæ. *Sectilis* C. 46 tessellata et sectilia pavimenta; pavimenta sectilia (= λιθόστρωτα) = lapidibus varii coloris et formæ artificiose junctis strata. *Secessus*, vox poetis, posterioribus usitata, a Suetonio variis modis usurpata est. Secessus dicitur de ipso loco quo quis secessit T. 39 secessum Campaniæ petiit, Cl. 3 sæpius, deinde de secessione velut T. 51 inter causas secessus — — T. 14, 11. Cal. 50, tum de vita et tempore in secessu T. 43 secessu Capreensi, T. 56 sæpe. *Secedere* a Suetonio sæpissime dicuntur qui ad locum secretiorem se conferunt. *Secubo* = seorsim cubare T. 7 Liv. Quint. Poetæ augusteæ ætatis. *Secus* = sexus apud rerum scriptores A. 44 muliebre secus. *Sedile* pro sella uno loco A. 43 exstructis sedilibus ligneis Poster. Poetæ. *Sessor* = equo insidens C. 61 nec patientem sessoris alterius primus ascendit.

---

[1]) N. D. 2. 27.

[2]) Apud Cæsarem uno loco (B. G. 3. 13) cum sævire ventus coepisset.

[3]) 1. 48. porte scelerata dicitur ab infelici exitu Fabiorum.

[4]) Cfr Klotzius.

Seneca. *Segniter* et *secure*, voces posteriorum scriptorum. *Sella* pro lectica, modo addito "gestatoria" (N. 26. Vit. 16), modo omisso (A. 53 sæpe adaperta sella, Cl. 25), Plinius minor Tac. Mart. *Sellaria* T. 43, locus, "ubi sellarii et spintriæ [1]) conveniebant." *Semesus* Vit. 13. T. 34. Poetæ. *Semiambustus* Cal. 59. Silius. *Semianimis* A. 6. T. 61. N. 49, vox potissimum poetarum a scriptoribus rerum (Sall. Liv.) usurpata, a posterioribus frequentata est. *Semibarbari* C. 76, *Semigræci* Gr. 1. *Semicrudus* A. 1. Colum. Stat. *Seminudus* Vit. 17. Liv. *Semiperfectus* Cal. 21. *Semiustus* Dom. 15. Poetæ. Livius. *Senecta* pro senectute — vixit ad extremam senectam Gr. 11 (bis) A. 79. Galba 4. 17. N. 40. Plin. major. Tac. Liv.; senectus est T. 24 (senectuti requiem dare). *Seponere*, quæ vox paulo mitior est quam relegare, imperatorum temporibus frequens est. A. 65. Agrippinam seposuit Surrentum (a conspectu suo removit) T. 15. O. 3. Tit. 9. Tacitus. *Sequens* A. 94 sequenti nocte, T. 38. 18. N. 15. 43. sequenti die [2]), Dom. 16. Optimi scriptores in illis locutionibus verbo "insequor" utuntur [3]). Suetonius ceteris locis voces insequens [4]), insecutus habet. *Secutores* = gladiatores (Cal. 30. Juvenalis), qui retiarium persequebantur. *Series* proprie positum est Cal. 27 s. custodiarum Curt. Plin. major. Optimi transferunt. *Serio;* vel serio vel joco A. 53. Liv. Poster. *Sicarius*. Paulo insolentius positum est: exercere quæstionem de sicariis (C. 11. Tac.) pro eo quod habet Cicero: inter sicarios. *Signatores* testamenti A. 33. T. 23 [5]). Poster. Sall. *Sinister*. -sinistra fortuna [6]). T. 23 pro adversa, malevola. Cicero Phil. 2. 38. 99. Posteriores. *Sollicite* Cl. 18. Seneca Plin. minor. *Solutilis* navis N. 34. *Sortiri* — huic voci optimi scriptores addunt accusativum, Suetonius etiam præpositionem de Cl. 7 de altero consulatu, Tac. Sortiri apud Suetonium, Plin. minorem, ut jam apud Livium, præeuntibus poetis, s. i. q. accipere (græce τυγχάνειν) A. 99. sortitus exitum facilem et qualem optaverat. *Sospes*. *Sospites* (activa vi) deos prisci Latini dicebant; passiva vi pro incolumi, salvo invenitur apud poetas, Livium [7]), Suetonium A. 28 salvam ac sospitem Rempublicam sistere in sua sede. *Spectaculum* proprie est id quod spectatur, deinde de

---

[1]) Cfr Tac. Ann. 6. 1.
[2]) Bremi: insequenti die.
[3]) Apud Livium tamen exstat (3. 21. 2) sequente anno et (23. 6. 7) sequenti die. De discrimine horum verborum cfr Krebsium "sequens."
[4]) Cfr quæ de h. verbo disputavi.
[5]) Vide Bremi ad T. 23.
[6]) Rothius habet T. 23 "atrox", unde defluxit annotatio Lagergreni p. 110.
[7]) 2. 49. 7. sospites brevi in patriam restituere; 5. 28. 4.

subselliis, e quibus spectabatur, dicitur Dom. 10 detractum spectaculis in arenam, Cal. 35. N. 32. Cic. Liv. Tac. tum — et hac significatione sæpe apud Suetonium — de ipso loco, ubi eduntur spectacula, i. e. theatro; ineunti Romæ spectacula A. 58. Cal. 35. 56. Cl. 4. *Speculatores* Cæsarum ætate dicebantur custodes corporis imperatorii A. 74 qui speculator suus fuerat Cl. 35. Cal. 44. Galba 18. Tacit. Seneca. Optimi h. voce aut propria vi utuntur aut translata, ut significet i q. investigator. *Specus* pro spelunca jam apud Livium exstat N. 31 vastissimis specubus additos, N. 48. *Sperare* sequente accusativo substantivi A. 10 quem vel præcipuum adjutorem speraverat, A. 94. Vesp. 12 triumphum. Quæ structura quamvis rara apud optimos invenitur [1]). *Spinthria* = homo impudicus T. 43. Cal. 16. Vit. 3. Tac. Ann. 6. 1[2]). *Sponda* [3]). C. 49. Poetæ. *Spondere* i. q. prædicere vates dicuntur Otho 4 eum olim superstitem Neroni fore spopondisset T. 14. Ovid. Val. Fl. Similiter voces promittere, polliceri usurpantur. *Sponte* absolute positum est T. 14. A. 57. C. 16. Optimi pronomen possessivi adjungunt. Posteriores illo modo locuti sunt. *Stare* poetarum more usurpatum est; C. 49 ad cyathum [4]) stare, Galba 22 ad pedes stare dicuntur servi ministrantes. *Statio* variis modis Suetonio utitatum. Primum est locus ubi homines commorantur N. 37 tabernas tres ad stationem locassset. Plinius minor Juvenalis [5]); deinde de loco ubi milites custodiebant A. 24 statione deserta, satis sæpe Suetonius, Cæsar, scriptores rerum; tum de ipsis militibus A. 32 dispositis per opportuna loca stationibus T. 37. 72. 24. sæpius, Cæsar, Livius; tum de tempore dicebatur, quo pars militum custodiebat Otho 6 quod ejusdem (cohortis) statione et Cæsar fuerat occisus = quum ea cohors in statione esset; denique de munere alicujus, præsertim principis, unde locutiones, quæ sunt stationem suscipere, capessere Cl. 38 pervenire ad susceptam stationem = susceptum munus imperii. *Stratura* viarum Cl. 24, vox rara. *Stilus*. Hæc vox pro genere, modo, arte dicendi, scribendi a scriptoribus arg. ætatis usu recepta est Dom. 20 stilo operam dare, T. 70 obscurabat stilum affectatione et morositate nimia. Propria significatione invenitur Dom. 3 muscas stilo præacuto configere. Ad illam significationem Cicero quasi transitum pa-

---

[1]) Krebsius nonnulla exempla protulit p. 908 (sperare).

[2]) Spinther feminæ ornamentum apud Plautum est.

[3]) Cfr Pluteum.

[4]) Hor. Carm. 1. 2. 9. 7. statuere ad cyathum.

[5]) Cicero consimili certe significatione h. voce utitur Att. 6. 9. Athenis statio mea nunc placet.

ravit [1]). *Stipulator* = "qui promissionem solvendi æris alieni exigunt ab aliquo" BC. Vit. 14. Dig. *Strena* erat munus, Calendis Januariis boni ominis causa datum, A. 57. T. 34. Cal. 42. Plautus. *Studere* absolute positum pro literis studere, se dare, deditum esse, operam dare simil. uno loco apud Suetonium est T. 61 quibusdam studendi solatium ademptum. Posteriores sæpissime ita locuti sunt. *Stuprator* Dom. 8. Quint. Seneca. *Subbibere* (ὑποπίνειν) Plautus N. 20 si paulum subbibisset [2]). *Subdebilis* -e femur Vit. 17, rara vox. *Subjicere* simpliciter positum pro hastæ, præconis voci simil. subjicere Cal. 38 reliquias subjecit et venditavit Tit. 8. *Subnotare* pro notare Cal. 41 nomina Plin. minor. *Substringere* fascia carnem Galba 21. *Subtexere* pro addere A. 94. Et quoniam ad hæc ventum est, non a re fuerit subtexere quæ. Poetæ Posterior. *Subtrahere* pro se subtrahere C. 65 interdiu vel noctu repente subtrahebat [3]) (= discedebat) Plinii Paneg. 86. 2. *Suburere* crura nuce ardenti A. 68, vox rarissima. *Subvertere*, quam vocem Cicero et Cæsar aspernati sunt, trita est apud poetas et posteriores T. 13. Cal. 34 satis sæpe. *Succlamatio*, Livio usitata vox, N. 24 succlamationes populi. *Succollare* est collo (cervicibus) gerere Otho 6. Cl. 10. Varro. *Sudarium* ad os applicare N. 25. 48. 51. Poetæ Quint. *Suffertus* (ὑπόπυκνος) = plenus N. 20 aliquid se sufferti tinniturum = quod aures impleat. *Sufflavus* A. 79. N. 51. *Suffragator* apud optimos scriptores erat qui candidatos sua gratia in petitionibus juvabat, apud scriptores Cæsarum ætatis etiam is, qui homines humilioris sortis imperatoribus commendabat. Vesp. 23 quantam (pecuniam) is cum suffragatore pepigerat. *Suffugere* T. 27 aliquem [4]). Lucret. *Submonere* (= clam monere) A. 53 nullo submonente Terent. *Superesse* apud optimos i. s. q. reliquum esse. Apud Suetonium uno loco (Cl. 21) etiam usurpatur pro superstitem esse, vivere — quum superessent adhuc qui spectaverant Cl. 21, Plautus, Liv. [5]), Pollio apud Cic. Fam. 10. 33. 5. Plinius minor. Rarissime apud Suetonium (A. 56) i. s. q. adesse, causam defendere alicujus. *Supergredior* A. 94 flamma supergressa fastigium templi Cl. 14. Cal. 46, vox arg. ætatis. *Superinduo* N. 46 pænulam, Ter. *Superjacio* Cal. 19 Poetæ Poster. *Superne* i. q. desuper T. 39 saxa fortuito superne delapsa sunt, quam vocem poetarum Livius primus sol. or. scrip-

[1]) Brutus 45. 167. Hujus orationes pæne Attico stilo scriptæ videntur, ibidem 26. 100. Orator 44. 150.

[2]) Præpositio sub in composit. verbis sæpe aliquid furtivi et clandestini significat.

[3]) Rothius habet: se substrahebat.

[4]) Intransitiva vi apud Livium 24. 46. 4.

[5]) Velut 1. 34. Lucumo superfuit patri.

torum usurpasse videtur. *Superponere* alicui rei aliquid Cl. 20 Galba 4. A. 31. Ovid. Liv. Poster. *Superscribere* N. 52 multa superscripta inerant Dig. Gell. Plin. minor. *Supersedere* 1) propria vi N. 11 elephanto, A. 96. Veteres: insidere rei, sedere in re 2) transl. vi = negligere, nolle, omittere A. 93 deflectere supersedit, Tit. 7. Ita jam Livius locutus est eumque secuti sunt Curtius, Plin. minor, Val. Max., Tac. (Ann. 15. 63). Apud præstantiores scriptores i. s. q. abstinere se velut apud Cæsarem B. G. 2. 8. proelio, Cic. Fam. 4. 2. 4. labore. *Superstare* Galba 23 statuam columnæ superstantem, N. 50. Livius. Ovid. Verg. Sall. *Supervacuus* [1]) pro supervacaneo Rh. 1. T. 52. Posteriores. *Supervenio*, quam vocem haud scio an Livius in sol. orationem induxerit T. 21 superveniente eo = ad eos qui jam aderant C. 33. Cal. 57 satis sæpe. *Supervivere* i. e. superstitem esse C. 89. Justin. Flor. Plin. minor. *Suppetiæ* pro auxilio, vox Plautina, Vesp. 4 suppetias ferre = auxiliari. *Supplicium* absolute posuerunt optimi scriptores, Suetonius Galba 12 addidit "capitis." *Suspendere* i. a. incertum tenere, T. 24 senatum ambiguis responsis suspendens Ovid. Posteriores, Liv. 39. 29. 1; suspensum pro incerto, dubio Præstantiores scriptores eodem modo habent.

Tabidus T. 51. Liv. Seneca. Tac. Poetæ. *Tædium* pro satietate, fastidio. Hanc vocem poeticam, quam Östling p. 52 contendit Sallustium sol. or. scriptorum primum usurpasse, Posteriores usu receperunt. Suetonius sæpissime velut Vesp. 12. Cal. 8. 50. *Taxo* [2]), frequentativum a tangere, vox a veterum consuetudine aliena, et s. i. q. æstimare velut Cal. 38 taxato prius modo summæ, A. 41. Seneca, Plinius, et in malam partem s. i. q. vituperare, reprehendere velut A. 4. Dom. 10. Plinius major. Retaxare legitur Vesp. 13. *Temere;* non temere i. s. q. vix, non facile, sæpissime apud Suetonium, raro apud veteres scriptores [3]). *Temeritas* = vanitas Tit. 5. Dom. 15 artis. *Teneritudo* pro teneritate T. 44 pueri primæ teneritudinis. *Tenor* i. q. continuatio Dom. 10 neque in abstinentiæ tenore permansit. Apud optimos scriptores invenitur: uno tenore, Cicero addit: ut ajunt. *Terebrare* T. 68 malum digito Cato Plinius Poetæ. *Territo*, vox a Cicerone rejecta, Cæsari, Livio, Quint., Plauto, Verg. usitata Cal. 19. *Testator* dicitur qui testamentum facit N. 17. Dig. *Tinnire* = sonare

---

[1]) Locutio illa "ex supervacuo" apud Livium est, vide Krebsium.

[2]) Quamquam vox "taxo" a Cicerone prorsus rejecta est, tamen nescio an in quotidiani sermonis usu viguerit ejus ætate, quippe quum taxatio eadem significatione qua æstimatio esset usitata.

[3]) Velut Cæsarem B. G. 4. 20. 3, Livium 1. 59. Ciceron. ad Qu. fratrem 1. 1. 4, Her. 2. 8.

N. 20. Plautus Poetæ. Unde tintinnabulum A. 91. *Tirocinium* i. e. "dies, qua, prætexta deposita et toga virili sumpta, solenniter ab amicis et propinquis in forum deducebantur" Ruhnk. A. 26; T. 54. Cal. 10. Liv. 45. 37. *Titubantia* linguæ, oris, vox rarissima Cl. 30. Vit. 6. *Titulus.* Apud optimos scriptores i. q. nomen honorum (datorum homini), apud Posteriores etiam de quavis inscriptione invenitur, præcipue librorum, pro eo quod habet Cicero: index, inscriptio. E multis Suetonii exemplis nonnulla proferam Galba 2, Cal. 49 libelli diverso titulo, A. 31, C. 76 consulatum titulo tenus gessit. Deinde de tabulis dicebatur, quæ inscriptione ornatæ erant C. 37. Pontico triumpho inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum, N. 25. *Tollere* liberos, quam locutionem Suetonius frequentavit velut A. 63 [1]). N. 5. T. 7. Tit. 4. Cic. Phil. 13. 10. 23. *Tomentum* T. 54. Posteriores. *Torus* pro lecto, poetarum more, Sueton. et Posteriores. *Trajectus* A. 17 trajectu. Cæsar. Liv. *Transcursus* pro transitu A. 90 consternatus transcursu fulguris Sen. Vell. Plin. Major. *Transfigurare*, vox Quintiliano, Plinio Majori, Senecæ usitata, apud Suetonium nonnullis locis invenitur pro vertere aliquid in alterius figuram, vertere figuram alicujus simil. N. 28 puerum in muliebrem naturam transfigurare, N. 46. Cal. 22. *Transfreto* C. 34 quam primum transfretaturi pro trajicere. Gell. Terent. *Transigere* proprie est perfodere T. 45 se transigere ferro, Livius Posteriores. Per translationem h. v. apud Suetonium duas significationes habet, una est perficere, absolvere (ut Cicero ipse locutus est), velut A. 13 transigere bellum, altera est degere, velut adolescentiam transigere T. 7. 11. Cal. 59. Cl. 10. Vit. 8. Hanc significationem optimi huic voci non subjecerunt, Posteriores sæpe. *Transmigrare* T. 15 e Carinis in hortos M. transmigravit. Livius. *Transmittere* apud Tacitum et Sueton. i. s. q. silentio præterire. Cal. 10 quæ ipse pateretur incredibili dissimulatione transmittens, Vesp. 15. *Transnominare.* Dom. 13. Gr. 18 mox Pausam se transnominavit. *Tremor* terræ poetarum more pro motu terræ N. 48. Galba 18. *Trepidus.* Hanc vocem fere poeticam Sallustius primus sol. or. scriptorum in solutam orationem induxit [2]). C. 72. T. 12 sæpius. *Trepide* exstat N. 23. Livius [3]). *Triclinium* per figuram positum est de epulis Cl. 4 curare triclinium. *Trivialis* (trivium) pro trito. Hanc vocem Quint.

---

[1]) Cfr Bremi ad h. l.

[2]) Östling p. 54.

[3]) Voces "trepidus et trepide" in quotidiani sermonis usu Ciceronis ætate viguisse, facile ducimur ad suspicandum, quippe quum voces "trepidatio" apud Ciceronem (Dejot. 7. 20) et "trepidanter" apud Cæsarem B. G. 1. 19. 2. — uno loco N. 49 apud Suetonium — inveniantur.

et Suet. usu receperunt. Rh. 6 trivialia verba, A. 74 triviales ludii. Quint. 1. 4. 27. scientia trivialis, Juven. 7. 55. carmen. Krebsius monet, Ciceronem (Mur. 6. 13) ita locutum esse: maledicta ex trivio arripere. *Truncare* pro detruncare Cal. 45 arbores, vox rara, poetis, Livio, nonnullis Posterioribus usitata.

Ubertim pro copiose C. 81. Tit. 10. Seneca. *Ultio* Livio primo usitata, a posterioribus frequentata Otho 9 in ultionem ignominiæ, sæpius. *Ultimo* pro: ad ultimum, ad postremum; N. 32 [1]). *Urbicus* pro genitivo urbis A. 46 magistratus urbici, C. 49. A. 18. N. 23. Mart. Gell. *Usurpare* i. q. vindicare sibi quid nullo jure Cal. 38. Cl. 25 peregrinæ condicionis homines vetuit usurpare Romana nomina. Tac. Justin. Plinius minor.

Vacare alicui rei proprie est vacuum esse ad aliquid faciendum, deinde imprimis apud Posteriores i. s. q. se totum dedere cui rei, operam dare simil, velut A. studiis vacavit, A. 45 [2]). *Vacillatio* Cl. 21. Quint. *Valere* Vit. 18 cui cognomen Becco fuerat, id valet [3]) (= id significat) gallinacei rostrum. *Valetudo* mentis i. q. deminutio mentis A. 99. *Variare.* Huic voci Sueton. et transitivam vim subjecit, ut veteres, et intransitivam, ut Poetæ, Livius, Posteriores, velut A. 98 morbo variante. *Vectatio* Cal. 3 assidua equi vectatione post cibum Seneca. *Vecto* (veho), vox poetis trita, a Livio et posterioribus usurpata A. 83 vectabatur et deambulabat. *Velare* propriam vim Cicero adjunxit, Posteriores etiam translatam T. 12 ad ignominiam velandam (= celare). *Venerari;* veteres scriptores de Deis, posteriores etiam de hominibus hac voce utuntur pro colere, revereri, observare Cl. 12 magistratus voce ac manu veneratus est, T. 29. Vit. 2. A. 18. *Ventilare* proprie usurpatur a Posterioribus velut A. 82 ventilante aliquo cubabat, Cicero [4]) per translationem = incendere. *Vernaculi* Vit. 14 paulo insolentius dicuntur, qui dicta, qualia sunt vernarum, in alios conjiciunt, Mart. Apud Ciceronem vernaculus est adjectivum quod s. i. q. Romanus, patrius simil. *Versatilis* -es tabulæ N. 31. Seneca [5]). *Versari* circa scenam Gr. 18 pro: in scena. *Vespera* [6]). Hac forma pro vespero semper Suetonius utitur A. 53. Cl. 34. Cal. 18 usque ad vesperam. *Vestis.* Posteriores h. v. in plurali numero habent velut T. 36 religiosas vestes. Gr. 23. Veteres in singulari numero habent.

---

[1]) Ad extremum apud Ciceronem unum invenitur.
[2]) Cfr Ciceronem Div. 1. 6. 10. ego vero philosophiæ semper vaco.
[3]) Aliis locis habet Suetonius: id est.
[4]) Flacc. 25. 54. contio ventilata.
[5]) Eodem modo habet Seneca "versabiles."
[6]) Madv. 56. 2.

Vexillatio Germanicianorum Galba 20. *Viaticum* "proprie est pecunia ad iter necessaria" Ruhnk. Apud Suetonium uno loco (C. 68), ut apud Hor. (Ep. 2. 2. 26) dicebatur peculium militum. *Vicis.* Vice cujus [1]) fungi Cl. 35. Ita Livius et Posteriores locuti sunt pro eo quod est apud Ciceronem in simili re: agere partes alicujus, personam sustinere simil.; in vicem = pro Cl. 7 præsedit spectaculis in Caji vicem. Ita Cæsar Livius Celsus. Similiter invicem i. s. q. vicissim, mutuo C. 11 sæpius. Cæsar. Cicero [2]) Livius Poetæ; vice cum genitivo pro more, modo, instar N. 31 vice mundi = ut mundus, Galba 10. Posteriores; per vices sæpissime [3]) positum est et eodem modo "vicibus", ut apud Quintilianum, pro: invicem, vicissim. *Vicem* (vox rarior) = vicissitudinem (conditionis fortunæque), conditionem A. 66. vicem conquestus est, T. 52 [4]). *Viduo.* Viduata Aggrippina morte Domitii Galba 5. *Victorem* redire A. 1. 29. Val. Max. Livius (sæpe); discedere victorem Cæsar B. G. 3. 47. 6. pro eo quod usitatius est: superiorem discedere. *Vitiare* virginem A. 71. T. 61. Cal. 24 = corrumpere, violare virginitatem simil. Cicero Sest. 54. 115. per translationem utitur: significationes vitiatæ. *Vocator* Cal. 39 dicebatur servus qui ad coenam vocabat Seneca Mart. Similiter *Vocare* pro ad coenam vocare T. 53. cfr vocatu ipsius Cal. 39. *Vomitare* Vit. 13 Seneca Colum., vomitus N. 20. Plautus Celsus. *Vulgare.* Vox Livio trita, Ciceroni, Cæsari inusitata, Suetonio Posterioribus frequens est velut T. 62 vulgare injuriam = in vulgus edere, A. 40 civitatis R. vulgari honorem = vulgo tribui.

Nonnulla etiam verba apud Suetonium inveniuntur, aut e Græcis sumpta aut ea quæ paulo insolentiora sunt velut: agon pro certamine, ludo Plin. minor, ambubajæ N. 27 "dicuntur tibicinæ lingua Syrorum, quibus ambub est tibia" Ruhnk., amethystinus-color inter purpureum et violaceum N. 32 Mart., amphitheatrum (Plin. Tac. Mart.), antidotum (Phædrus, Cels., Quint., Plin.), antisophista (Quint.), antlia T. 51 in antliam condemnato "i. e. ut continuo pedum nisu rotam circumagerent, qua per tollenonem aqua hauriebatur" Ruhnk., apophoreta 'erant munera quæ Saturnalibus vel aliis conviviis domum portanda

[1]) Vicem insolenter A. 45 pro vice positum est, ut A. 35 munera (pro muneribus) fungi.
[2]) Att. 5. 10. 5.
[3]) Velut A. 32. T. 14.
[4]) Cic. Att. 4. 6. ipsius vicem minime dolemus.
[5]) Amethystina -orm = vestis A. Juven. 7. 135.

dabantur" BC., archimimus, aretalogus [1]) -i, scurrarum genus, Juven. 15. 16, ascopera, asparagus (Cato Varr. Col. Juv.), assula, autographus, beccus, betissare pro languere A. 87, boletus, genus fungorum, (Plaut. Plin. Tac. Mart. Juv.), bolus (Plaut. Ter. Pers. Lucil. Varr.), bombus proprie strepitus apum, unde bombi, plausuum genus cfr Ruhnk., brabenta, buccea, caprineus, carcinoma, catadromus "extensus in theatro funis, in quo decurrebant funambuli" Dig. Vide Bremi ad h. l., catasta "tabulatum in quo venales servi prostabant" BC., chlamys "vestis militaris, pueris quoque ad faustum militiæ omen data" R., choragus (Plaut.), choraula qui cum choro canit tibiis (Plin.), chorocitharistæ "qui una psallunt et cantant" Ruhnk., chrysocolla "metallum viridis coloris quod ad aurum glutinandum adhibebatur" Ruhnk., cinædus = homo impudicus (Poetæ), citharoedicus (Plin. Dig.), clinopale, clyster (Cels. Plin.), collectanea, cortina = τρίπους (Plin. h. n. Poet.), coxendix (ἰσχίον) os quod femoris caput excipit (Plaut. Cels. Varr.), crepusculum (Poetæ), crocus (Curt. Plin. Sen. Poet.), crypta = cryptoporticus[2]) Cal. 58. Juven. Varro, cupressus (Cato Col. Plin. major Poetæ), cyathus (Plaut. Ter. Hor. Juv. Varr.), dapsile [3]), deceris [3]), diæta ap. Ciceronem i. q. victus, apud Suet., Plin. maj., Stat., Petron., i. q. cubiculum, conclave Cl. 10, dialectos, distichon (Mart.), dolon vel dolo "erat contus cum ferro brevissimo", ut ait Varro. (Verg.), dureta, effutuo, epinicia, ferculum proprie pulpitum, cui Deorum simulacra imponebantur C. 76. 37. Cal. 15, deinde vas, quo cibi inferebantur, tum cibi ipsi A. 74 coenam ternis ferculis præbebat, ferula (Poetæ Col. Cels. Plin.), ficedula (Mart. Juven. Petron. Plin. major), galba, hoplomachus, imbrex, lachanissare, lastaurus, lupanar (Poetæ), Lustricus (Macrob. 1. 16), machæra (Plaut.), mactea, placentæ genus, manduco [3]), mechanicus Vesp. 18 Col., Megistanes dicuntur proceres Orientis Cal. 5 Tac. Sen., metoscopus (Plin. major), moechus pro adultero (Poetæ), monopolium (μόνος πωλεῖν Plin. major), morari (μωρός) i. q. insanire N. 33 "morari eum inter homines desisse, producta prima syllaba, jocabatur", muræna, naumachia in ludis pro navali proelio dicitur, n. edere C. 39. 44. Cl. 21. N. 12; Tit. 7 (de loco, ubi proelium n. committitur) "in veteri naumachia dedit proelium, nepotatus (ἀσωτία) "profusa luxuria" — nepotatus sumptibus [4]) (Plin.), orchestra, sedes

---

[1]) A. Cicerone (de Or. 2. 60. 244) dicuntur ethologi BC.

[2]) Proprie est occultus et angustus transitus, a qua vox "grotta" deflexa est. cfr. Lagergren p. 83. Klotzium errasse, e Suetonio (Cal. 59) "cryptoporticum" afferentem, jam Lagergren animadvertit. Sine dubio his vocibus B. Crusii adductus est: crypta i. q. cryptoporticus Cal. 58.

[3]) Vide supra.

[4]) Alii habent nepotinis.

senatorum in theatro (Vitruv. Juven.), organum pro instrumento, machina (Posteriores), pædicator, pallaca = pellex, pantomimus (saltator scenicus), paralysis, paraphrasis, parastichis, pelta (Liv. Sen. Ovid. Verg.), periphrasis, peristylium i. q. xystus (Vitruv.), phengites lapis (translucens) Plin., phoenicopterus (Plin. Sen. Cels.), phonascus (Quint.), polyphagos, popino (Hor.), prasinus (viridis), problema (Sen. Gell.), proscenium (Liv. Vitruv. Plaut.), prurigo (vox obsoleta; Plin. Mart. Juven.), psallere (Sall. Hor.) "ad instrumentum canere", psilocitharista, pullejaceus, pumilus = nanus (Stat.), pyrrhicha, remaledicere, restio (Plaut. Gell.), retaxare (= vicissim taxare = vituperare), rhinoceros, sabbata (Poetæ Plin. Major), scambus (opp. varus), scena transl. signif. = pompa et apparatus Cal. 15 nec minore scena Mausoleo intulit, Cæl. ap. Cic. Fam. 8. 11. 3, Tac. Ann. 14. 7, schema[1]) T. 43 exemplar imperatæ schemæ (= figura et modus coeundi) Plaut. Vitruv, scholasticus[2]) vox arg. ætate frequentata Rh. 1, scopus, secespita, segestre, senio, sphæristerium (locus, ubi pila ludebant, sæpe in balneo situs Plin. minor.), stemma, ordo generis coronæ instar, ubi Romani nomina propinquorum scribebant (Sen. Juven.), stigma i. e. nota Cal. 27 Poster., transl. vi = infamia C. 73 a quo sibi versiculis perpetua stigmata imposita, talitrum T. 68 = ictus digitorum, tessera ap. Suet. Juv. Mart. signif. tabulam, plebi datam, in qua inscriptum erat quantum pecuniæ, frumenti sim. ei dandum esset N. 11, tesseræ frumentariæ A. 40. 41, thalamegus (θαλαμηγός) navis C. 52 = thalamo (i. e. cubiculo) ornata, thema ap. Suet. signific. "positum astrorum" (Tac. Ann. 6. 25) eo momento temporis quo nascitur aliquis, tiara (Poetæ), tofinus, toxicum pro veneno (Poetæ), tympanizo, vapide (pro male) veretrum (τὰ αἰδοῖα) Phædrus, vespillo (Mart.), xysticus, zona.

Nonnullis verbis in -atus -arius -osus -bundus -im desinentibus Suetonius satis sæpe usus est. Hæc fere verba apud eum inveniuntur, in-atus[3]) desinentia:

Albatus, armillatus, atratus, calceatus[4]), caligatus[5]) canusinatus (Sen. Plin.), catenatus (Col. Quint. Mart. Stat.), coccinatus, coe-

---

[1]) Ap. Cic. (Brut. 37) et Quint. schema est figura orationis.

[2]) Cfr Lagergren p. 183.

[3]) Madv. 188. 14.

[4]) Cal. 52 vestitu calceatuque Plin.

[5]) Caligati milites Vit. 7, Dig. Juv. 3. 322; absolute positum A. 25 caligati (= milites gregarii) "sic dicebantur a caligis i. e. a communi omnium qui in castris versabantur calceamento" Ruhnk.

libatus (Seneca), comatus (Poetæ), concameratus (Vitruv. Plin.), conchyliatus (Plin.), crepidatus, cristatus (Liv. Plin. Poet.), cycladatus [1]), discalceatus, fimbriatus [2]), fistulatus, gemmatus [3]), infulatus, laureatus, loricatus, manuleatus [4]), nivatus (Sen.), obæratus (Liv. Varr.), oculatus (Plaut.), palliolatus, palmatus, paludatus [5]), pedatus, petasatus, phaleratus, pileatus (Liv. Sen. Poet.), pullatus (Quint. Plin. minor.), pusulatus (pusula "blåsbälg") — m. argentum N. 44 = purum, radiatus (-a [6]) corona A. 94 = radiis distincta), sagulatus, sericatus, sordidatus, stolatus, tessellatus (= tessellis (tessera), contextus = vermiculatus), trabeatus (Posteriores), verbenatus, viduatus.

Verba in -arius [1]) desinentia hæc fere sunt: absolutarius, actuarius [2]), antiquarius [2]), asinarius, aurigarius, calamarius, capsarius [3]), catervarius [4]), consiliarius, cornicularius, cubicularius, cultrarius, ducenarius, emissarius [5]), essedarius [6]), falsarius, graphiarius, imaginarius, incendiarius, intercalarius, legatarius [7]), legionarius [8]), literarius, manipularius, macellarius, milliarius [9]), munerarius [10]), naumachiarius, nonagenarius, numularius [11]), octogenarius, ordinarius [12]),

---

[1]) Cyclas — muliebris vestis — Prop. Juv.

[2]) F. latus clavus C. 45 Plin. maj. "tunica laticlavia manicata, cui ornatus causa accesserat fimbria sive fissa et in fila divisa extremitas" Ruhnk.

[3]) Gemmo Cic.

[4]) Cal. 52 i. e. tunica manicata indutus.

[5]) Bremi A. 98.

[6]) Plin. Paneg. caput radiatum.

[1]) Madv. 180. 3, 187. 10.

[2]) "Actuarii qui excipiunt scribuntque, notarii exceptores", Ruhnk. Plin. Ep. 3. 5. 15, antiquarius "antiquorum verborum nimis studiosus".

[3]) Capsarii servi dicebantur, qui puerorum capsas portabant, in scholam euntium N. 36. Juven. 10. 117. Dig.

[4]) A. 45 catervarii pugiles opp. legitimis atque ordinariis, catervarii dicebantur "a modo pugnæ, cum non singuli cum singulis, sed confusi et mixti per catervas pugnabant", Ruhnk.

[5]) Clam ad investigandum emissus.

[6]) I. e. gladiator ex essedo pugnans.

[7]) G. 5. Dig. "cui legato aliquid donatur", BC.

[8]) C. 84. A. 101. G. 19. Cæsar Livius.

[9]) N. 31 inde substantivi loco milliarium.

[10]) Qui munera gladiatoria edit.

[11]) A. 4. G. 9 i. q. argentarius A. 2, mensarius A. 4 (græce τραπεζίτης).

[12]) Arg. ætatis vox.

ostiarius, parmularius [13]), patinarius, quadrigarius [14]), retiarius [15]), rosarius, rudiarius [16]), salsamentarius [17]), sanguinarius, sexagenarius [18]), sicarius, superjumentarius [19]), togatarius [20]), tumultuarius [21]), utricularius, venenarius [22]), veteramentarius [23]).

Verba in -orius exeuntia hæc fere sunt: aleatorius, consolatorius, desultorius [1]), deversorius [2]), exploratorius [3]), gestatorius [2]), lucubratorius, meritorius [2]), perfusorius [4]), pugnatorius, recuperatorius [5]), speculatorius [6]), vectorius [7]), venatorius [8]),

---

Verba in -osus desinentia hæc fere reperi: damnosus [1]), fabulosus, famosus [1]), formosus, gibberosus, incuriosus [1]), laboriosus, machinosus [2]), monstrosus, plagosus [3]), portentosus, probrosus [1]), vinosus [4]), vacerrosus.

Verba in -bundus [1]) desinentia: errabundus C. 31, gratulabundus G. 19. Liv., indignabundus A. 40. Cal. 35. Liv., ludibundus

---

13) I. q. Threx. Threces enim pugnantes parmula utebantur.

14) In -ariam desinentia verba hæc reperi: qnadrifariam (Liv.), trifariam; in -arium: rationarium A. 28, liber in quo rationes (Cal. 16) totius imperii perscriptæ erant, breviarium, calcearium, salarium vide supra.

15) Gladiator retibus instructus Quint. Juven. Val. Max.

16) = rude donatus. 17) Horatii vita, Cic. Plin. Colum.

18) Quint. 19) præfectus jumentariis.

20) = actor fabularum togatarum A. 45. BC. — Negat Ruhnkenius formam togatarius esse latinam, quare scribendum esse censet: togatarum (audi: fabularum actorem).

21) Liv. Poster. Cal. 59 t. rogus = rapido factus.

22) qui venena miscet, cfr tamen Madv. adv. crit. 580.

23) Vit. 2 sutor, i. e. qui veteres calceos reficit.

1) Vide Ruhnk. ad C. 39. 2) Vide supra.

3) Cfr Bremi ad Cal. 45; Veget. r. m. 5. 7.

4) Dom. 8. Scriptura tamen valde dubia est, vide BC.

5) Vesp. 3 judicium. 6) Vide Bremi ad Cal. 45.

7) Cfr Cæs. b. g. 5. 9. 8) Nep. Plin. minor.

1) Vide supra. 2) N. 34 navigium.

3) Gr. 9 activa vi positum est ut ap. Hor. Ep. 2. 1. 70 i. e. qui plagas infert. 4) Poetæ.

1) Hæc verba sæpe casum verbi unde declinantur asciscunt, cfr Dræger. Hist. S. p. 329, Bremi ad T. 65.

N. 26, osculabundus Vit. 2, speculabundus T. 65. Tac., venerabundus Cal. 15, Liv.

Adverbia **in -im desinentia hæc fere sunt: cæsim [1], carptim [2], circulatim [3], dispersim, domesticatim [4], generatim, gregatim, junctim [5], ~~mistim~~, municipatim, oppidatim, provinciatim, regionatim [6], singillatim, subsultim [7], summatim, summissim [8], ubertim [9], vicatim, viritim.**

Nonnulla substantiva deminutiva quæ vocantur apud Suetonium inveniuntur, quorum hæc mihi commemoranda visa sunt: adulescentulus [1], ætatula, altiusculus [2], amicula Cal. 33, asellus A. 96, auricula A. 69, buccula G. 4, cauliculus Gr. 11, cellula Vit. 16, cerebellum Vit. 13 [3], coenula Cl. 21, corbula N. 19 [4], corpusculum [5], cultellus Cl. 34 [6], filiola T. 53 [7], folliculus [8], foruli A. 31, galericulum [9], hinnulus, homuncio [10], icuncula [11], imaguncula A. 7, lactucula A. 77, loculi G. 12 [12], lodicula [13], modulus N. 49, motiuncula [14], nutricula [15], offula Cl. 10, palmulæ, plagulæ Tit. 10 [16], pocillum [17], porcellus, potiuncula, puellus, puerulus, rastellus [18], re-

---

[1]) Vide Madv. § 200, cæsim = cædendo.
[2]) Dom. 9 c. superesse = variis locis; aggredi gm carptim Liv. 44. 41, 22. 16, cfr carpere Liv. 3. 5. 1. [3]) C. 84 per circulos.
[4]) C. 26 per singulas domus. [5]) Liv. [6]) Posteriores.
[7]) vox rarissima. [8]) Gell. [9]) vide super.

[1]) vox Suetoniana. [2]) A. 73 calceamentis (altus).
[3]) Celsus Plin. [4]) Plaut. Varro. Cato. Colum.
[5]) Horatii vita Plaut. Juven. Cic. Justin.
[6]) Varro. Colum. Plin. major. [7]) Cicero.
[8]) A. 83 "est pila e corio facta et vento inflata" Ruhnk. Mart.
[9]) "capillamenti genus" O. 12 Mart.
[10]) Horatii vita, Ter., Seneca. Juven.
[11]) icon (εἰκών), icuncula puellaris N. 56 = simulacrum N. 35; iconicum simulacrum Cal. 22. Madvigius scripsit imagunculam ex emendatione Sabellici. Cfr Advers. Crit. ad N. 56.
[12]) Poetæ i. q. sacculus.
[13]) lodix 1) velum, 2) inde linteamentum A. 83 involutus.
[14]) pro commotiuncula ap. Ciceronem, "de valetudine affecta" BC.
[15]) propria vi A. 94, N. 42, translata ap. Cic. Vat. 2. 4. Gallia, nutricula seditiosorum.
[16]) vela lecticæ. Scriptura tamen incerta.
[17]) Cato Liv. [18]) raster, Colum. Varro.

galiolus, regulus, sacrificulus [19]), sextariolus, socculus [20]), sportula [21]), tirunculus [22]), trimulus [23]), vasculum [24]).

Substantiva abstracta quæ vocantur pro concretis nonnullis locis Suetonius posuit: Sunt autem hæc: Absentiam propugnare C. 23 = se absentem; ætas Cal. 4 sexum, ætatem, ordinem omnem (Cicero [1]) Liv. Tac. Hor. Ovid.); amicitias T. 51 = amicos — omnes amicitias familiaritatesque intra breve tempus afflixit; amor = qui amatur, amor ac deliciæ generis humani Tit. 1. (Tibullus [2]), Cicero [3])); clientelæ = clientes T. 2. Italiam per clientelas occupare Cal. 3; conditio = sponsa [4]) C. 27 aliquam alicui conditionem ferre; custodiæ dicuntur qui in carcere custodiuntur — custodiarum seriem recognoscens Cal. 29. T. 61. N. 31. Dom. 14. Sen. Plin. maj. Dig.; deliciæ [5]) = in deliciis habitus Tit. 1 (Plautus. Cicero [6]) Verg. Quint. Juv.); familiaritates = familiares [7]); grassatura T. 37 tueri pacem a grassaturis et licentia seditionum. Liberalitas = donum T. 46 una modo liberalitate milites prosecutus (Tac.), etiam in plurali Cl. 29. Galba 15. Neronis liberalitates revocandas curavit; matrimonia [8]) = matronæ, uxores C. 52 (Tac. Liv. Justin.); ministeria = ministri N. 12 confectores ferarum et varia arenæ ministeria, N. 27 ministeria scortorum = ministrantia scorta (Tac. Poster.); necessitudines = necessarii (ἀναγκαῖοι) A. 97 necessitudines amicosque omnes T. 11 satis sæpe; potestates (ἀρχαί) = prin-

---

19) Liv. 20) Seneca Plin. minor.

21) sporta; sportula proprie erat corbis cibo referta, quam patroni clientibus salutantibus dare solebant, deinde ita vocabatur coenula (Dom. 7. N. 16), quam imperator plebi dabat, tum ad munus "extraordinarium et breve paucorumque dierum" Cl. 21 translata est. N. 26 "publicæ coenæ ad sportulas redactæ" Plaut. Mart. Juven. Plin. minor.

22) N. 21. Juv. Poster.

23) trimus = puer trium annorum N. 6.

24) C. 81. Plaut. Cato Quint. Plin. major.

1) Sen. 14. 46 cum vestra ætate atque vobiscum (med folk af er ålder) Off. 1. 34. 122.

2) 1. 2. 4. infelix dum requiescit amor.

3) Verr. 4. 18. Sic in plurali Cic. Att. 2. 19. 2.

4) Seyffert ad Læl. p. 232.

5) Cfr amor.

6) Div. 1. 36. 79 Roscius, deliciæ tuæ. Similiter odium = homo odiosus Plaut. Bacch. 4. 7. 20. Justin. 11. 3.

7) Cfr supra "amicitias"; forsitan addi liceat: fornix, C. 40 Cæsarem fornicem dixit.

8) Seyffert ad Lælium p. 232.

cipes, præfecti simil. N. 36 potestatibus [1]) exitium portendere, Cl. 23 potestatibus demandavit jurisdictionem; vicinia = vicini Cal. 55 viciniæ silentium indicere, ita optimi [2]) quoque scriptores locuti sunt. Notabilis est locus Cal. 47 procerissimus Galliarum [3]), ubi terra pro incolis posita est. His proxime accedunt locutiones quales sunt: in consulatu [4]) A. 53, in senecta A. 79, in adulescentia Cal. 50, in novitate [5]) T. 25 = novo imperio, in coelibatu G. 5, in principatu Vesp. 21, in juventa Dom. 8, in exsilio D. 10, in transitu Alpium, in egressu navis, in petitione consulatus, in trajectu A. 17 simil., quæ quidem locutiones etiam apud opt. scriptores hic illic inveniuntur.

De Particulis.

De adverbiis et conjunctionibus.

Adeo nihil ut pro eo quod habent veteres: tantum abest ut — ut. Vesp. 8 scriptum est — adeo nihil extra ordinem indulsit ut etiam — — sero persolverit; Vesp. 12. Livius [1]), Celsus, Plinius minor. [2]). Adeo i. q. etiam Galba 14 majore adeo favore; obtinuissetque adeo, nisi confirmasset C. 14 [3]); non adeo = non ita, non adeo custodiit A. 88. 65. *Adhuc* pro etiam comparativo appositum N. 10 certiorem adhuc indolem, T. 17 amplior adhuc, T. 44; Curt. Seneca Quint. Tac. Mart. [4]). Præterea usurpatur adeo pro

---

[1]) Cfr Cic. Tusc. 1. 30 a magistratu aut ab aliqua potestate legitima avocatus.

[2]) Eodem modo vicinitas invenitur A. 6, Cic. R. Am. 6. 15. Vix opus est me commemorare Suet. milite usum esse eadem signif. qua militibus, quoniam et Cæsar et Liv. ita l. s., A. 44 militem a populo secrevit Vit. 15, Cl. 27 sæpius.

[3]) Cfr Tac. Ann. 6. 19. Liv. 8. 11; 9. 41; cfr Seyffert ad Læl. p. 367, Cic. Tusc. 1. 1. 3, Or. 2. 2. 6.

[4]) Cfr Seyff. ad. Læl. p. 15 in tribunatu.

[5]) Verg. 1. 567 regni novitas.

[1]) 3. 2. 6 adeo nihil moverunt quemquam ut — — violati sint; 8. 5. 7.

[2]) Cfr Hand. p. 141.

[3]) Cfr Hand. p. 150. 4. 2.

[4]) Celsus ita non locutus est; Brolén, cfr Hand. p. 165, R.-Haase p. 400.

etiamnunc de re nondum finita, appositum participiis et adjectivis, imprimis in scriptis Livii et Taciti[1]). Tit. 11 obseratis adhuc foribus, N. 38 satis sæpe. Livius 33. 49. 7 "fluctuantem adhuc animo" Posteriores. *Alias* pro alioquin[2]). T. 71 quamquam alias[3]) promptus et facilis, A. 94 quum incognitum alias haberet. Apud præstantiores alias s. i. q. alio tempore, numquam i. q. alioquin[4]). *Alio*[5]) i. s. q. ad aliam rem, in alium usum A. 98 non alio datam summam quam in emptionem. Livius[6]). *Alioqui* pro ceterum, præterea Vit. 2 prælautus alioqui, T. 71 alioqui[7]) promptus; vox Livio[8]), Quintiliano, Posterioribus usitata. *Aliquatenus* vita Persii, Seneca, Colum. Quint. Petron. *Amplius*[9]) Hoc amplius = præterea C. 38. A. 27. Cl. 11. Cal. 15. *An* nonnullis locis positum est, ubi exspectabatur num Cl. 35 dubitavit an obtemperaret, A. 99 exquirens an, Cal. 58. Dom. 2 cunctatus an. Dubito an igitur apud Suetonium positum est pro eo quod est apud veteres dubito num; quæ locutio a ratione loquendi Suetonii aliena est[10]). An[11]) per ellipsin invenitur Cl. 13 casu quodam an divinitus, Vesp. 1 Centurio an Evocatus. Quamquam raræ tales locutiones sunt, tamen etiam apud optimos inveniuntur velut apud Ciceronem[12]). Anne[13]) raro pro an invenitur A. 69[14]). An pro annon[15]) usurpatur A. 54 interrogatus an essent alii digniores. — utrumne[16]) -- an C. 80. — (Numne apud Ciceronem est[17])). *Antequam*. Neque ante detexit

---

1) Hand. p. 160.
2) Hand. p. 225.
3) Optimi libri habent T. 71: alioquin; BC.
4) Seyffert ad Læl. p. 12. Nam apud Cic. Fin. 1. 3. 7 nunc legitur pro alias: alia sed. Vide Madvigium ad h. l.
5) Hand. p. 233.
6) 7. 18. 7 nusquam alio natam quam ad.
7) Alii legunt: alias, cfr h. vocem.
8) Num Cicero h. vocem usurparit, viri docti dissentiunt. Negat Krüger. Quint. 10. 1. 64. Seyff. ad Læl. p. 447. — Hand. p. 235 (fin.).
9) Cicero nonnullis locis velut. Fin. 5. 4. 11 ita locutus est.
10) Cfr Dræger Stil. des Tac. p. 53.
11) Cfr Madvigium Latein. Sprachl. (Ed. tertia) 453 anm. 1.
12) Fin. 2. 32. 104, cfr Madvigium ad h. l.
13) Madv. Sprachl. 453 (fin).
14) Cfr Hand. p. 356.
15) Cfr Cic. Off. 1. 15. 48 an imitari agros fertiles.
16) Madv. Sprachl. 452. 1. Reissig-H. p. 472. Dræger Tac. Stil. 53, cfr præterea Kühner Tuscul. 4. 27. 59 et Bremi ad C. 80.
17) Seyffert ad Læl. 245.

quam pæne obrutus C. 58, ubi non antequam i. s. q. nonnisi [1]). Livius [2]). *Atque* [3]) pro quam post gradum comparativi C. 14 gravius atque sensisset.

Bis sequuntur apud Suetonium 1) semel — iterum ut apud Cic. Dom. 52. 134 audierat ex illo se a me bis salutem accepisse separatim semel, iterum cum universis 2) primo — rursus; bis cogitavit primo ac rursus A. 28. 17, 3) omisso priore vocabulo — bis ovans urbem ingressus est post Philippense et rursus A. 22. T. 48.

Certe in quæstione usurpatum est A. 33 certe patrem tuum non occidisti [4]). *Cæterum* = verum, sed, tamen C. 4. 16. A. 8, 66. sæpius [5]). Liv. Sallust. *Ceu* poetarum more pro velut, ut T. 52 victorias ceu damnosas reipublicæ increpare, Vit. 17. Plin. Major. sæpe.

Dehinc = deinceps [6]) Tit. 8 omnes dehinc Cæsares, Cal. 58; vox poetis et arg. ætatis scriptoribus usitata, Livio semel (1. 59). — Primo — dehinc A. 49. Dom. 8. Sall. Cat. 3. 2. Verg. Hor. Sen.; primum — dein — novissime A. 8. Gr. 6, primum — dein [7]) — mox A. 58. Dein rursum G. 19. T. 68 pro deinde postea, postremo, ad extremum. Mox — et rursus — iterum deinde Vit. 12. Primum triumphum egit Gall., sequentem Alex., deinde Pont., huic proximum Afr., novissimum Al. C. 37. — Prima — dein — posthæc — exin — inde — inde T. 9, Prima — deinde — mox — exin — ac præter has — item — ad extremum A. 19. *Deinceps* pro deinde scriptum est A. 84. Nam deinceps neque in senatu — neque — locutus est. Quint. 1. 7. 15. Col. 2. 11. 2.

Eo cum gen. apud Suet., Liv. (Kühnast p. 84), Poster. usurpatur eadem vi qua apud Cic. et Cæsarem: ad eum gradum (sequente gen.), ad sequente pronomine "is" vel adjectivo "tantus" C. 77 eo arrogantiæ progressus est, T. 58. *Et* [8]) sæpe invenitur ubi exspectamus etiam C. 52 dilexit et reginas, T. 61, Gr. 4 ve-

---

[1]) Cfr Hand. p. 395.

[2]) 21. 15. 4 "armati nullum ante finem pugnæ quam morientes fecerunt.

[3]) Cfr Madvigium 303 a "ac nur alterthümlich und dichterisch." Hor. Ep. 15. 5, post minus Hor. Sat. 2. 7. 96 "qui peccas minus atque ego", Verg. 3. 561. Contra *quam* post *aliter* Suetonius posuit.

[4]) De h. exemplo vide Dræger Hist. S. p. 308.

[5]) Madvig. Spr. 437. d.

[6]) Hand. 2. 231.

[7]) primum — dein — ac mox Vit. 15.

[8]) Cfr Madv. Fin. 5. 22. 64; 1 Excursus p. 791 (Ed. altera); Hand. 2. 499.

teres Græci et Rhetoricam docebant. Posteriores sæpe ita l. sunt. — *Sed et* pro sed etiam sæpe usurpatur post non modo, non solum C. 88. A. 38, 45, 57, 70, 89, 93 sæpissime; uno loco (C. 76) additur etiam propter comparativum — non modo sed et ampliora etiam [1]). — "Sed et" sæpe apud Suetonium [2]) positum est, quamquam voces "non solum", "non modo" simil. non præpositæ sunt velut T. 76 inter quos virginibus Vestalibus, sed et militibus, Cal. 16. T. 50. Similiter positum est "sed [3]) et" initio capitis vel commatis ad continuandam orationem, ubi Græci: *ἀλλὰ* (*μὴν*) *καὶ* C. 74 sed et — —, C. 75. A. 29, 68, 92, 98. T. 50. Cal. 54. Galba 4.

Hactenus ut N. 31, 34, 40 sæpius, Posteriores Cic. Fl. 15. 36. *Hinc* [4]) de tempore positum pro deinde, postea simil. C. 40 conversus hinc, N. 9, C. 35 hinc urbe repetita. — Hinc — inde (*ἔνθεν καὶ ἔνθεν*) C. 39 hinc et inde equitibus commissis, satis sæpe apud Sueton. et Posterior. pro undique, ab omni parte, compluribus in locis simil. *Hodieque* T. 14. Cl. 19 cet. eadem fere vi qua hodie quoque = etiamnunc apud scriptores post Augustum [5]).

Igitur initio sententiæ collocatum C. 19. A. 32. Scriptores rerum sæpe ita l. s.; *itaque* insolenter positum post nonnulla verba A. 10, 25 sæpius; id quod contra morem veterum est; initio sententiæ positum est C. 66. 75 sæpe. *Insuper* pro etiam. Apud Suetonium frequens hujus particulæ usus est velut C. 76 dictaturam, præfecturam, insuper prænomen Imperatoris Cal. 17. C. 66. Vit. 2. A. 98. T. 1. Apud Cæsarem et Livium eadem vi, qua habet Cicero supra, raro tamen invenitur, apud Ciceronem [6]) numquam. *Ita* demum — si pro tum [7]) demum recentiores scriptores frequentarunt, præsertim in conditione proponenda Vit. 14 ita demum firmiter ac diutissime imperaturum si superstes parenti exstitisset Cl. 25. T. 2. Ita — ut tamen [8]) Cal. 50 ita patieris ut tamen, A.

---

[1]) Bremi "etiam ampliora", BC. "et ampliora" arcte cohærere censet.

[2]) Dræger T. Stil. 42.

[3]) Cfr quæ de h. re disputavit Bremi ad C. 9.

[4]) Hand. 3. 90.

[5]) Cfr Broman Liv. 1. 17. 9.

[6]) Klotzius quidem locum Ciceronis affert (Fam. 15. 16 latius insuper Epicurus) sed "jamdiu correctus est" Hand. p. 385.

[7]) Hand. 2. 255.

[8]) Cfr C. 78 nisi sub exceptione si tamen, cfr Quint. 10. 1. 2, 10. 1. 89; 10. 7. 22.

27. — Nonnulla Suetonii exempla protulit Handius [1]), ubi ita i. s. q. non aliter, nihil aliud Vit. 8, A. 78 ita ut vestitus erat — conquiescebat Galba 1. 20. Insignis est etiam locus T. 50 — "quasi Augusti ita et Liviæ filius"; Cic. Sen. 19. 71.

Longe [2]) pro multo sequente comparativo Cal. 5 longe majora Liv. Poster.

Magis [3]) i. q. potius A. 31. Sextilem mensem magis quam (μᾶλλον ἤ) Sept. *Modo*. Posteriores et Poetæ in secundo membro et tertio alias particulas, velut interdum, nonnumquam, nunc, rursus, ponunt, ubi Præstantiores script. habent modo [4]) Cal. 43 modo — interdum; N. 49. A. 75 modo — modo — interdum, Cl. 15. A. 41. Cal. 52 modo — modo — nonnumquam, T. 66 modo — nonnumquam. Apud Suetonium (Rh. 6) ut apud recentiores script. dicitur modo — tum pro modo — modo [5]), modo splendide atque adornate: tum circumcise ac sordide.

Namque uno loco G. 5 "sestertium namque" secundam sedem obtinet (Quint.) [6]), ut sæpe itaque. "*Nec* non [7]) et" apud Recentiores script. pro "et" sæpe invenitur Tit. 5 suppliciter nec non et minaciter, Dom. 14. Vesp. 18. 8 provinciæ civitatesque nec non et regna quædam. *Neque* i. q. neque vero, tamen [8]) simil. C. 79 neque ex eo discutere valuit, C. 8, 11, 23. Dom. 7. Otho 1, frequentissime ita Suetonius locutus est; neque — neque pro neve — neve Cal. 55 neque boni neque male feceris; et ne pro neve C. 28; non enim pro neque enim sæpe invenitur velut C. 79. *Nihildum* C. 7. Quint. = nondum quidquam. *Nisi* ut ap. Suet. i. fere s. q. nisi sub ea conditione ut vel nisi, Cal. 23 denegavit nisi ut interveniret Marco præfectus, Cl. 35 neque inire ausus est, nisi ut speculatores cum lanceis circumstarent. Apud alios scriptores nisi ut i. s. q. nisi in eum finem ut. Nisi si — non Gr. 16 prætextato nemini præciperet, nisi si cujus parenti hoc officium negare non posset. *Nonnisi*.

---

1) 3. 471.
2) Hand. 3. 551.
3) Hand. 3. 556—7.
4) Hand. 3. 647.
5) Hand. 3. 649.
6) Cfr Törnebladh de elocutione Quintiliani p. 12.
7) Krebsius (p. 631) monet, nec non pro et apud Sueton. scriptum esse; cfr Madvigium Sprachl. 460. 1; Kühner Tusc. 1. 2. 3; Juvenalis 3. 204; 8. 103; 10. 51.
8) Cfr Seyffert ad Lælium p. 99.

Particulæ non nisi sæpe apud Sueton., ut apud Tac. Celsum Plin. minorem Quintilianum 10. 1. 20, ita collocatæ sunt, ut una particula, non duæ esse videantur velut C. 56 nonnisi transversa charta, A. 21, 41, 84 satis sæpe. Apud Ciceronem unam pluresve voces intercedere, satis constat. *Nunc* — nunc[1]) pro modo — modò T. 14, 24. Liv. Rerum scriptores.

Olim[2]) insolenter positum pro jamjudum, jamdiu, A. 30 alveum Tiberi completum olim ruderibus, Dom. 4. Poetæ, Plin. minor., Seneca, Tacitus ita locuti sunt.

Paulo[3]) *minus* apud Posteriores i. s. q. propemodum, pæne, fere (græce *ὀλίγου δεῖν*) T. 39 quod paulo minus utrumque evenit, N. 40. T. 26 paulo minus quam privatum egit. *Perinde quam* Dom. 15, Tac. Ann. 1. 73 perinde quam si, Tac. H. 4. 72 insolenter positum pro perinde àc si[4]).

Quamlibet[5]) ad vim adjectivi augendam Vesp. 5 quamlibet magnum. *Quamquam.* Usus hujus particulæ apud Sueton. et Posterior. aliquantum a veterum consuetudine distat; velut ei sæpissime conjunctivus subjectus est C. 3 quamquam invitaretur C. 54, 69, 81 (innumerab. al.). Apud Suetonium ut apud Posteriores frequentissime fit, ut hæc particula non ad verbum finitum, sed ad adjectivum aut participium referatur velut A. 8 quamquam expers belli, A. 10, 13, 76. T. 7, 25. Cl. 5, cum gen. sociatum est N. 20 quamquam exiguæ vocis, cum abl. Galba 4 q. ætate nondum constanti, cum abl. consequentiæ C. 1 quamquam morbo quartanæ aggravante. — Apud Ciceronem[6]) locutionem fere similem invenimus: "nec vero umquam summum bonum assequi quisquam posset, si omnia illa quæ sunt extra quamquam expetenda summo bono continerentur". E contrario indicativus post quamvis uno[7]) loco apud Suet. positum est A. 42 quamvis dare destinarat[8]). — Apud Ciceronem numquam

---

[1]) Hand. 4. 342.
[2]) Hand. 4. 370.
[3]) Cfr Hand. 4. 412.
[4]) Dræg. Tac. Stil. 59, Madv. Spr. 444 b. 1. Hand. 4. 459; cfr præterea Commentar. F. Ritschelii p. 516, qui usum hujus particulæ apud Suetonium eleganter explicavit.
[5]) Quint. Plin. minor. Vell. Pat.
[6]) Fin. 5. 23. 68. Cfr Madvig. ad h. l. et Törnebladh de usu particularum apud Quint. p. 41, Kühnast. p. 244.
[7]) Cfr Ritschelium p. 489.
[8]) Scriptura tamen non est stabilita. Alii destinaret scribunt. Cfr Madv. Sprachl. 361. 3.

in recta oratione conjunctivus particulæ quamquam subjectus est, "nisi ubi potentialis conditionalisve aut similis significatio" latet[1]). *Quandoque*[2]) pro aliquando frequenter Posteriores usurparunt. E multis apud Suetonium exemplis satis erit hæc protulisse C. 35 veritus ne quandoque materia esset, Cl. 3 quum audisset quandoque imperaturum, T. 24. *Quantumvis* = valde Cal. 53 quantumvis facundus Cl. 10. 21. Juven. 8. 15. *Quasi* i. a. circiter Cal. 58 hora quasi septima, Cic. Verr. 8. 22. Tac. Sall. *Quatenus* i. a. quoniam Cl. 26 quatenus sibi matrimonia male cederent. Tac. Quint.[3]) Plin. minor. Poetæ. *Quidem* — ceterum[4]) pro quidem — sed apud optimos C. 3. Lepidi quidem, ceterum C. 15. *Quippe* participiis additur T. 69 quippe addictus mathematicæ. Livius. Plin. minor. *Quoadusque* pro quoad ap. Suetonium C. 14[5]). *Quoties* et *quotiescunque*. His particulis sæpe imperfectum conjunctivi apud Suetonium subjectum est velut C. 28 quoties vellent, Cal. 7 quotiescunque introiret.

Recens[6]) (adv.) A. 7 recens eo nato, T. 1 Romam recens conditam, Rh. 1. Tac. Sall.

Scilicet Vesp. 7 majestas ut scilicet novo principi, Cl. 21. *Si* cum conjunctivo conjunctum ubi exspectamus indicativum A. 82 ac si (= quoties) quo pervenire mari posset, potius navigabat. Si tamen[7]) C. 78 nisi sub exceptione si tamen licuerit. Sub conditione si[8]) pro ea conditione ut, frequenter usurpatum est C. 68. Cl. 24. Vit. 6; si modo uti licuerit Dom. 16 pro modo, dummodo, dum. *Sicut* eram (*ὡς εἶχον*) apud poetas et posteriores pro ut Otho 8 sicut erant cruenti, Cal. 45. Cl. 34, 9. *Sive* — sive, omissa priore voce Vesp. 6 exemplar epistolæ veræ sive falsæ, Seneca. Justin. *Subinde*, cujus particulæ usus apud arg. æt. scriptores frequens est, nemo sol. or. scriptorum ante Livium usurpavit. Apud Suetonium sæpissime invenitur et pro vocibus "mox, statim" et eadem significatione qua "sæpius, identidem"[9]) simil. C. 65. T. 28, 57 satis sæpe.

---

[1]) Madv. de Fin. 3. 21. 70, cfr Cic. Off. 1. 2. 6. quæ quamquam sint (conj. potentialis) in promptu.
[2]) Cfr Madv. Excurs. VI p. 833 (fin.).
[3]) Törnebladh de usu Particularum p. 31.
[4]) Bremi ad A. 8.
[5]) Scriptura tamen varia.
[6]) Madv. 198: c.
[7]) Cfr Cic. Sest. 13 verum hæc ita prætereamus, ut tamen; ubi vox tamen secundariæ enuntiationi inserta est; vide supra ita — ut tamen.
[8]) Sub conditione ne T. 13.
[9]) Cfr Törnebladh p. 54.

Tantum quod = vixdum Vesp. 5, sæpius. Cic. Vell. *Tunc adhuc* pro etiamtum A. 17. Tunc adhuc consules, T. 14.

Ultra de tempore, ut apud Posteriores, positum est Tit. 8 ultra certos annos C. 81. A. 21. T. 34. *Usque*, omisso "ad", rarius usurpatur velut Cl. 34 vesperam usque.

Vel paulo insolentius auget vim particulæ utcunque T. 11 vel utcunque meritæ.

De præpositionibus.

Ab = 1) post A. 78 a coena, T. 12; addito statim [1]) C. 60 ab itinere statim, C. 85; 2) in nominibus urbium [2]) C. 58, 35 ab Alexandria, A. 95, 99; 3) = a parte N. 31 a re familiari destitutus C. 65. A. 4. Cicero [3]), Liv. [4]); latus ab [5]) humeris T. 68, pro qua locutione Græci et poetæ accusativum habent; T. 70 aliquanto ex tempore quam a (= adhibita) cura præstantior haberetur [6]); 4) = de A. 40, C. 84 perpauca a se (= de suo) verba addidit [7]); 5) de officio vel munere alicujus A. 67 a manu (sæpe), a libellis, a studiis, ab epistolis simil., ubi auditur minister, servus, libertus simil. [8]). *Ad* [9]) N. 12 ad ferrum exhibuit i. e. ut ferro dimicarent, C. 84 quidquid ad donum aderat (= doni causa), cfr Madv. adv. Crit. 570 fin.; ad pro simplici ablativo N. 44, A. 46 ad hunc modum, C. 84 alia ad similem sententiam. Præterea observes velim exempla illa T. 4 ad Perusiam secutus, C. 85 ad domum Bruti tetendit. A. 87 ad Kalendas Græcas, e. fere s. q. Kalendis [10]); ad hoc vel ad hæc apud Posteriores ita ponuntur, ut non multum a sensu particularum præterea, insuper distare videantur [11]). N. 46. *Adversus* paulo insolentius nonnullis locis positum videtur velut Vesp.

---

[1]) Hand. p. 47.
[2]) Hand. p. 19.
[3]) Fin. 1. 5. 14 "militum neque a moribus neque a fortuna probabat, sed tantum a viribus."
[4]) 34. 31 vos a censu equitem, a censu peditem legitis.
[5]) Seyffert ad Læl. p. 358.
[6]) Cfr Livium 30. 13 ab juventute incautiorem.
[7]) Hand. p. 16.
[8]) Krebs. p. 126; Dræger Hist. Synt. 580, R.-Haase p. 669; Hand. p. 59.
[9]) De usu hujus particulæ vide Nägelsbach p. 338, 340, 342.
[10]) Hand. p. 100.
[11]) Hand. 123.

4 adversus patris voluntatem [1]), A. 30 adversus incendia excubias commentus est, T. 28 adversus convicia firmus, Cal. 51 adversus barbaros minacissimus [2]), T. 29 si quid adversus te liberius dixero. *Ante* alias diligere C. 50 = præ aliis, in primis; = antea, Horatii vita "ante ipse sufficiebam". *Apud* pro in [3]) Vesp. 5 apud Judæam, A. 93 apud Hierosolymam, A. 92 apud insulam Capreas.

Circa apud Ciceronem et Cæsarem nisi de loco — et ita raro — positum non invenitur, apud Suet. et Posteriores Livio præeunte etiam de tempore [4]). Cl. 7 circa initia imperii, C. 88 circa undecimam horam, Cl. 2 Otho 11, Liv. Celsus. Poetæ. — Cicero et Cæsar habent circiter. — Præterea habet circa apud Suet. et Poster. sæpe eundem sensum ac "de, quod attinet ad, in, ad" simil. [5]) — "in Quintilians Zeit gewöhnliche Bedeutung" Krüger ad Quint. 10. 1. 52. N. 23 occupatum esse circa hæc; circa scenam versari Gr. 18, circa Deos negligentior [6]) T. 69, circa successorem omnia ordinare [7]) Cl. 45 satis sæpe. *Citra* a Suetonio usurpatur aut de tempore = ante A. 43 citra spectaculorum dies [8]), aut per translationem dicitur eadem significatione qua sine [9]) C. 28 citra senatus auctoritatem, A. 66. Cl. 35. A. 24. Quint. Cels. Plinii. *Contra* [10]) i. s. q. e regione, ex adverso A. 44 contra Prætoris tribunal, A. 94 c. solis exortum. *Coram*. De usu hujus particulæ apud Suetonium vide Handium (p. 130), qui censet, eam nonnullis locis s. i. q. illico, vel coram omnibus Dom. 23 clipeos et imagines ejus coram detrahi, A. 27. Cl. 16.

De pro ex quod usitatius est A. 17 liberi de Cleopatra, Tit. 5 de more rituque; de die [11]) = medio die Cal. 37.

Ex consulatu inimicus C. 19 ab eo tempore quo consul erat, sæpissime ita [12]) Suetonius, ut in locutionibus quales sunt A. 101 heres ex parte dimidia, A. 62 mater ex altero, Cal. 12 ex partu

---

[1]) T. 12 contra voluntatem.

[2]) Dræger p. 551.

[3]) Cfr Dræger Hist. S. p. 542. Imprimis Tacitum et Suetonium de insulis et urbibus apud pro in usurpasse, monet Handius p. 414.

[4]) Hand. p. 64.

[5]) Cfr Dræger T. Stil. 32.

[6]) Hand. 66.

[7]) Hand. 62.

[8]) Hand. 82; Dræger p. 573 citra h. l. i. s. q. præter censet.

[9]) Hand. 83.

[10]) Dræger p. 553.

[11]) Ita Ruhnk. ad h. l. Ter. Ad. 5. 9. 7. Liv. 25. 23.

[12]) Velut ex eo (ἐκ τούτου), omisso "tempore", C. 20, 22, 79 cet., ex prætura i. e. post præturam gestam C. 18. 71 cet. Cfr Dræg. 592.

amitti. Ex destinato Cal. 43, (omissa præpositione) destinato[1]) C. 60 eadem significatione qua consulto, ex composito. Seneca. E diverso[2]) C. 86. A. 27. Dom. 9 pro contra, e contrario; ex occasione[3]) (= occasione data) C. 60.

In nonnullis locis positum invenitur, ubi exspectes ad, velut usque in Idus T. 26. Cal. 17, in memoriam[4]) patris Cal. 15. C. 26, A. 7; in suum ac reipublicæ auxilium A. 10, 57, T. 49 in gratiam Quirini (Liv.) pro gratia; cogere quem in desperationem C. 20, in indicium Cal. 46, in exemplum Cl. 20, in alimonium Cal. 42, in noctem = usque ad A. 33. T. 74, in serum[5]) A. 17. N. 22. O. 11 simil., in consulatu[6]) succedere C. 21. Alia non minus notabilia exempla hæc sunt: A. 45 in puerilem habitum circumtonsum[7]); A. 80 in ordinem et modum stellarum notis dispersis, A. 45 coercitio in histriones, C. 50 sumptuosus in libidines. In cum abl. j. pro quum cum verbo finito A. 84 in tanta mole rerum. Hæc ratio dicendi jam ap. veteres est. In e. s. qua prope[8]), apud; C. 25 in Britannia classe vi tempestatis prope absumpta. Poetarum more in omissum est A. 31 bis anno pro bis in anno Colum. Plin. major. Liv. 28. 6. 10. In auditur Tit. 11. "in eadem qua pater villa excessit"[9]), nonnullis aliis locis omissum est[10]). *Inter*. Hanc præpositionem variis modis Suetonius usurpavit, velut inter hæc (T. 8, 63, Cal. 45, N. 39. Vesp. 3. Tit. 10), inter quæ (C. 26) pro interea[11]); inter cetera Cl. 39. Cal. 48, inter moras N. 49, inter aliquas moras A. 78 (Plin. minor Sallust.), inter initia imperii N. 22. Dom. 3 (Plinius Celsus), inter annua spatia N. 14, inter cum gerundio sociatum N. 32 inter canendum, cum gerundivo[12]) C. 45 inter res agendas; inter pro in C. 39 inter vicos et inter[13]) vias ma-

---

[1]) "Forte scribendum ex destinato" Ruhnk. Cfr tamen Bremi ad h. l.

[2]) Apud Quint. et nonnullos alios = "auf der entgegengesezten Seite" Krebs. p. 366.

[3]) Cfr "occasionem".

[4]) Ad memoriam Cic. Brut. 16. 62; id quod ap. Suet. Cl. 11 invenitur.

[5]) Cfr Dræger 611.

[6]) Contra ap. Suet. T. 4 in locum substituere, N. 43 in utriusque locum consulatum inire, A. 10 in locum Tribuni se candidatum ostendere.

[7]) Dræger 613.

[8]) Prop. 1. 1. 11 érrabat in antris. Lucan. Cfr tamen Dræger 204.

[9]) Cfr Nep. Cimon 3. 1 incidit in eandem invidiam quam pater suus. Sic sæpe in ante relativum omittitur, quum correlativo additum est et verbum enunciationis relativæ auditur, cfr Madv. Fin. 1. 10. 32; Nägelsb. p. 336.

[10]) Cfr Ritschelium p. 498.

[11]) Hand p. 406.

[12]) Hand. p. 407; Dræger p. 568.

[13]) De repetitione præpositionis inter vide Madv. Sprachl. 470. 2.

nere, inter ludos, inter coenam, inter jocum simil. — Inter de tempore positum [1]. *Intra* [2]) pro adverbio positum est C. 84 intraque Celsus Colum.

Juxta = prope [3]) T. 14 juxta Patavium, Dom. 4. Cicero h. vocabulo nisi uno loco non usus est, juxta ac si pro perinde ac si [4]), Cæsar et Sallustius sæpe. — De forma juxtim viri docti dissentiunt; alii malunt junctim, alii mixtim, alii juxtim.

Ob id A. 53 pro ideo, ob id ipsum C. 8, ob hoc A. 94. Dom. 17. Gr. 3. 16, ob hæc N. 5, ob quæ N. 13; quæ locutiones, frequentissimæ apud Livium et Posteriores scriptores, a Ciceronis et Cæsaris consuetudine abhorrent.

Per sæpe distributive positum (græce κατὰ) apud Suetonium, C. 19 per centurias pronunciare, A. 75 per singulos lectos; de tempore usurpatur eodem modo quo in, inter velut A. 44 per ludos, Cl. 27 per spectacula, C. 80 per comitia = dum comitia habentur, C. 7 per quietem; per quæ T. 52 [5]) = quo tempore [6]). Apud Sueton. locutiones quales sunt per causam, i. e. sub prætextu C. 7, per speciem, per jocum, per occasiones, sæpissime exstare, forsitan supervacaneum sit commemorare, quoniam veteres interdum ita locuti sunt. *Pone*, vox Plautina, "significat quod a tergo vel retro est" [7]) pone occipitium T. 68. N. 51. Dom. 23. C. 20 pone sequi. Pone numquam apud Cæsarem, raro apud Ciceronem et Livium invenitur. *Post* hoc Gr. 3, post hæc T. 9. O. [8]) 11. A. 19. Vesp. 8 pro posthac vel postea. Post tres liberos exegisset uxorem C. 50 = tribus liberis natis. *Præ* = propter [9]) Cal. 4 præ turba occurrentium discrimen vitæ adiit; præ turba elisi sunt plurimi C. 39. A. 34. T. 66, præ metu ad genua sibi accidentem Cl. 10. 32 al. *Præter hæc* pro præterea uno loco (Cl. 44) Sueton. habet, quæ quidem locutio frequens est apud Posteriores. Præter adverbii loco positum pro præterquam Cl. 4 nullo præter

---

[1]) Cfr Hand p. 402.

[2]) Hand. p. 440.

[3]) Hand. 536. [4]) Krebs. p. 553.

[5]) BC. T. 52 "per quæ" ita interpretatur: ob quæ (διὰ ταῦτα), Burm.: per ea tempora. Dræger p. 565 illo modo, p. 561 hoc modo interpretatur. Cfr præterea Dom. 14 per hæc terribilis = ob hæc.

[6]) Hand. 445, Dræg. 561 et BC. in lexico (p. 580) errarunt, e Suetonio Cl. 27 afferentes "per hæc" e. s. q. inter hæc; nam hoc loco hæ voces non inveniuntur; contra scriptæ sunt Cal. 27, tamen alia significatione.

[7]) Hand. 479.

[8]) Alii scribunt posthac; scripturæ enim variæ. Dræger p. 557.

[9]) Krebsius (p. 753), Dræger (p. 598) contendunt, veteres scriptores nisi in negativis sententiis ita non locutos esse; id quod improbat Hand. p. 525.

auguralis sacerdotii honore impertitum, N. 56 religionum usquequaque contemptor præter unius Deæ Syriæ. Etiam apud veteres [1]) talia exempla inveniuntur. *Pro* [2]) Apolline ornatus A. 70, 91. T. 15. Gr. 21. *Procul* insolenter positum pro sine [3]), procul dubio N. 3. + Liv. 39. 40. 10. Quint. Plin. H. N. Lucret. *Prope* insolenter de tempore usurp. Cl. 44 p. lucem.

Secundum quietem A. 94. Cicero div. 1. 24 i. e. per quietem. *Sub* de tempore sequente abl. pro accusativo [4]), vel positum pro circa. Cl. 43 sub exitu vitæ, N. 5, 46. Vesp. 6 Poetæ Liv. 44. 10 sub adventu Romanorum, Celsus; sub Augusto pro imperante Augusto simil. Cl. 25. Cal. 21. Gr. 15. Tit. 8. T. 7; sub [5]) pædagogo fuit Cl. 2. Vesp. 2 sub marito priore T. 7, 50, Tit. 1. A. 63 [6]); sub conditione si, ne, ut C. 78. Cl. 24. Vit. 6. T. 13. 44. Livius [7]) pro ea conditione ut, ne; sub [8]) nomine A. 29, 55. Liv. Plin. min. *Super* [9]) 1) pro de C. 5 super ea re concionem habere, T. 13, ut jam apud Ciceronem quamvis raro legitur, 2) = præter Vesp. 19 quadragena sestertia super plurimas coronas aureas dedit, C. 38, 50 A. 59, 69 satis sæpe [10]). Livius Posteriores, 3) = inter A. 77 super coenam, N. 22, 42. Cal. 22. Vesp. 22, sæpissime. Plinius Curt. Flor.; 4) cum superlativo conjunctum est Vit. 13 famosissima super ceteras fuit coena, quæ quidem locutio raro apud Sall. Livium, Plinium minorem invenitur; 5) = plus, amplius, plures velut Cal. 38 super quadraginta reos A. 35, 38. C. 26. N. 30. Posteriores. 6) pro adverbio quod est insuper (græce πρὸς δέ) C. 28 superque Italiæ urbes exornans, Dom. 4. *Supra* apud Livium, poetas, posteriores script. positum est pro amplius, plus A. 31 supra duo millia, Cal. 14. Suetonius tamen h. significatione sæpius habet super.

---

1) Cfr Madv. 172. 3. anm. 2 (fin.), Cic. Qu. F. 1. 15. 16 cavendæ sunt quædam familiaritates præter hominum perpaucorum, cfr Krebs. p. 766, Hand. 543—4.

2) Ita jam veteres locutus esse, monet Dræger p. 601.

3) Hand. 594.

4) Dræger 619.

5) Dræger T. 34, Krebs. 918—919.

6) "Sub mit dem Abl. bezeichnet oft die Verhältnisse, an die Jemand gebunden, unter die Jemand verpflichtet" Bremi ad T. 7.

7) Locus Cic. Arch. 10. 25 mutatus est ita: sed ea conditione.

8) vide "nomen", sub crimine N. 35, sub significat prætextum (Ovid. Fast. 6. 643) poterat etiam abesse.

9) Dræger Syntax und Stil. des Tacitus p. 34.

10) Plura exempla vide in lexico B-Crusii.

Tenus de tempore usurpatum est A. 85 Cantabrico tenus bello nec ultra [1]). Tenus per translationem usurpatur Cl. 25, Dom. 1. 13. C. 76 titulo tenus [2]) (i. e. nomine). — Cicero habet: verbo tenus.

De ratione Syntactica.

Quod ad rationem syntacticam Suetonii attinet, ita agendum esse putavi, ut ea solum afferrem, quæ aut a veterum genere dicendi aliena essent, aut certe illis minus usitata.

De Syntaxi Congruentiæ.

Constructio illa quæ dicitur *κατὰ σύνεσιν*, qua fit, ut nomini collectivo pluralis numerus verbi vel adjectivi vel participii subjiciatur, apud Suetonium et Posteriores haud infrequens est. N. 1 ac magna pars rutila barba fuerunt, V. 15 ac pars in absentis, pars in præsentis Vespasiani verba jurarunt, T. 75 morte ejus ita lætatus est populus, ut discurrentes pars clamitarent, pars orarent Cl. 6. 25. Rh. 1, Cl. 6 equester ordo ... exposcerent — gratularentur [3]), Vit. 16 suasit senatui, ut mitterent, G. 10 senatus, ad quos, Cal. 22 ditissimus quisque [4]) comparabant, A. 46 decuriones in sua quisque ferrent, A. 66; T. 35 profligatissimus quisque tenerentur [5]) — subibant. Hæc constructio a Ciceronis ratione dicendi discrepat [6]). Cæsar b. g. 3. 30.

---

[1]) Dræger Hist. Synt. p. 602, cfr prope.

[2]) Dræger Tac. p. 35.

[3]) Roth. habet exposceret — gratularetur.

[4]) Madv. Sprl. 217. 1. Kühnast 58, 60. Dræger Hist. S. p. 151 (fin.).

[5]) Roth: teneretur — subibant; contra Suetonius C. 89 omnes alius alio casu periit.

[6]) Nam Cicero pluralem non in eadem sententia sed in subsequenti usurpat velut Tusc. 4. 3. 6. multitudo contulit se — sive quod invitabantur. Fin. 1. 7. 25 sed multitudinem hæc maxime allicit quod ita putant cfr præterea Madvig. ad Cic. Fin. 1. 7. 25; 2. 1. 1; Kühner Tusc. 4. 3. 6; Krebsium Theil 1. § 62. Lattman-Müller p. 176. anm. 1. Östling nonnullos Sallustii locos attulit p. 58.

uterque eorum exercitum educunt. Apud Livium et Posteriores hic usus late patet [1]).

Memorabile exemplum hoc est, quod jam Dræger p. 167 protulit, Cl. 38, iræ atque iracundiæ conscius sibi utrumque excusavit, ubi exspectes utramque, qui quidem usus apud poetas multo latius quam ap. sol. or. scriptores patet. Cicero ita nisi neutro numeri pluralis post substantiva feminini generis non usus est [2]).

Præterea exemplum illud [3]) afferatur: "Eunuchus acta est" Terentii vita, ubi vox fabula auditur.

Appositionis quæ dicitur paulo insolentius exemplum est Vesp. 5 bos arator [4]) (βοῦς ἀροτήρ Hesiodus). Ut apud Præstantiores sol. or. scriptores fieri solet, ut substantivum, aut in nominativo aut in accusativo positum, tamquam appositio toti enuntiationi prægressæ addatur, ita etiam Posteriores, imprimis Tacitus, locuti sunt. Tamen hac re illi ab horum consuetudine dicendi maxime recedunt, quod illi, imprimis Cicero, semper adjectivum substantivo apposuerunt [5]). Apud Suetonium hujusce generis appositiones raræ sunt. Est tamen Cal. 16: decretum est ut dies, quo cepisset imperium, Parilia vocaretur, velut argumentum rursus conditæ urbis.

Postremo locus ille N. 32 afferatur, "ne impune esset studiosis juris"; impune h. l. adverbium esse, Dræger p. 170 putat, neutrum adjectivi impunis BC.

De casibus.

De usu accusativi.

Suetonius ut optimi scriptores [6]) et sæpissime poetæ nonnullis verbis quæ plerumque intransitive usurpantur, transitivam vim adjunxit

[1]) Kühnast p. 60 sq., Madvig 215. a, Dræger H. S. p. 147 sq.

[2]) Cujus generis exempla e Cicerore sumpta Kühner ad Tusc. 3. 4. 7. collegit.

[3]) Madv. 31. anm.

[4]) Ovid. Fast. 1. 698. Dicitur eodem modo quo canis venator, taurus bellator, juvencus pugnator.

[5]) Cfr Lattman-Müller p. 172 anm. 4, Madv. 220 anm. 3. Exempla e Ciceronis libris reperias apud Madv. Fin. 2. 23. 75, Kühner Tusc. 1. 43. 102; e Tacito Nipperd. 1. 27.

[6]) Madv. Sprachl. 223. c.

ideoque hæc cum accusativo conjunxit velut saltare Cal. 57. Pantomimus Mnestor tragoediam saltavit (= saltans egit), quam olim N. tragoedus egerat, C. 39. Pyrrhicham, N. 54. Turnum. Similiter ludere Trojam N. 7. Cal. 39, aleam A. 70. Cl. 33. N. 30, ducatus et imperia N. 37[1]), navigare oceanum[2]) Cl. 1, obolere allium Vesp. 8, antidotum Cal. 23.

Verbis intransitivis[3]), cum præpositionibus accusativum desiderantibus compositis, sæpe ab optimis scriptoribus accusativum subjunctum esse, omnes sciunt. Apud poetas vero et posteriores scriptores jam inde a Livii ætate[4]) hic usus valde fluctuat, ut ejusmodi structura inveniatur[5]), ubi Cicero et Cæsar aut præpositionem addiderunt aut aliter dixerunt. Sed quoniam supra in singulis verbis jam ostendimus, quatenus hic usus apud Suetonium pateret, eos, si qui forte hunc libellum legant, ad ea revoco.

Participium quod est pertæsus[6]) cum accusativo conjunctum est C. 7 ignaviam suam A. 62. T. 67. Tacitus.

Nominibus urbium[7]) et vocibus, quæ sunt domus et rus, accusativum subjicere præstantiores sol. or. scriptores, quum quo quis eat quæritur, neminem fugit; qui quidem usus apud poetas latissime patet; id quod de posteriorum scriptorum consuetudine dici non potest, qui hac in re ad similitudinem optim. scriptorum sermonis propius accedunt[8]) Suet. T. 72. Campaniam rediens[9]).

Accusativum ab optimis scriptoribus usurpatum esse ad diuturnitatem temporis[10]) significandam, res est notissima. Apud arg. æt. scriptores sæpe ablativus pro accusativo hujusce generis invenitur Suet. Cal. 59 vixit annis viginti novem, imperavit triennio et decem mensibus diebusque octo, Galba 6 provinciæ anno fere præfuit, longo tempore C. 85 = diu. Neque tamen negaverim optimos quoque scriptores

---

[1]) Cfr Kühnast p. 141.
[2]) Cfr Madv. Fin. 2. 34. 112. mare ambulare, terram navigare; uberius de h. accusativo R.-Haase p. 691—692 disputavit.
[3]) Madv. Sprachl. 224.
[4]) Kühnast p. 145, Dræger Tac. Stil. p. 17.
[5]) Madv. 245. 2.
[6]) Madv. 226.
[7]) Madv. Sprachl. 232. 233.
[8]) Dræger Stil. Tac. p. 16. Kühnast 156.
[9]) Cfr Cic. N. D. 3. 22. "Aegyptum profugisse", et Madvig Bemerkungen p. 23.
[10]) Madv. 235.

hoc loquendi genus adhibuisse [1]) velut Cæs. B. G. 1. 47. pugnatum est continenter horis quinque.

Usus accusativi illius Græci [2]), quem poetæ in linguam Latinam induxerunt, frequentior apud Suetonium est quam apud præstantiores scriptores A. 20 dextrum genu la; ide ictus; et crus et utrumque brachium ruina pontis consauciatus est A. 20. Præterea exempla qualia sunt hæc addi licet: muliebre secus [3]) omnes A. 44 [4]), quinque millia omne genus ferarum Tit. 7, alia id genus A. 75 [5]). Hunc accusativum, absolute positum, Suetonio et æqualibus in deliciis fuisse, Bremi contendit ad Cl. 34; maximeque Varroni fuisse, Krebsius sub voce "genus" monet. Præterea digna, quæ proferrentur, hæc exempla putavi, ubi accusativus verbo passivi subjungitur, ut in verbo induo [6]) Cal. 52 depictas gemmatasque indutus pænulas, N. 51 synthesinam indutus. Hanc constructionem græcam a Vergilio primo usurpatam Livius in prosam orationem induxit [7]). Ad hunc accusativum proxime accedit ille accusativus adverbialis [8]), ut grammatici loquuntur. Cal. 50 hirsuta cetera (Sall. Liv.), N. 26 illud horæ (= illa hora), Galba 14 illud ætatis [9]), Liv. 10. 24, Cl. 34. Nec vero videre non licet, Suetonium, Livio præeunte, verbis interrogandi, orandi simil. paulo liberius usum esse velut T. 71 militem græce testimonium interrogatum. Tac. Liv. 36. 7. interrogatus sententiam. Cicero nisi in activo ita non locutus est. Similiter Vesp. 16 orare quem libertatem, Liv. 28. 5. 6. regem auxilia; Cicero numquam ita dicit nisi si accusativus rei est neutrum pronominis [10]). Vit. 14 — qui umquam se aut Romæ debitum aut in via portorium flagitassent [11]). Ad similitudinem verborum creandi, præbendi, faciendi cet. Suet. verbo agendi duos accusativos subjecit, Cl. 29 non principem se, sed ministrum egit [12]).

---

[1]) Krebs 1. 76. Madv. 235. 3.

[2]) Madv. 237, Kühnast p. 151. 152.

[3]) De voce secus cfr Madv. Sprachl. 55. 5.

[4]) Alii habent muliebrem sexum omnem, alii muliebre sexus omne.

[5]) Cfr BC. sub voce "genus."

[6]) Madvig 237. a (fine).

[7]) Dræger Stil. Tac. § 40. e.

[8]) Ibidem § 44.

[9]) Cfr id cum gen. conjunctum Hor. ap. Sueton. "id usus mihi tecum esse volui; Madv. § 238, Kühnast p. 156 (fine), Krebs 1. 77.

[10]) Dræger p. 345.

[11]) Cfr Cæsar b. c. 1. 87. Petrejus et Afranius cum stipendium ab legionibus flagitarentur, Cic. dom. 6 frumentum me, de Or. 2. 45. 188.

[12]) Ita Rothius; BC. se delevit, quippe quod e sequenti voce "sed" ortum esse censeret. cfr T. 12 obnoxium et trepidum egit, contra Cl. 25 qui se pro equitibus Romanis agerent.

De accusativo verbis abhorrere, expavescere, gravari, coepisse, invadere addito vide supra. Similiter verbo mederi Sueton. accusativum apposuit uno loco Tit. 8 medendæ valetudini. Ter. Vitruv. Liv. Vell. Accusativum participiis nonnullis, in — bundus exeuntibus, velut T. 65 signa speculabundus, adjunxisse Suetonium, supra jam commemoravi. Accusativus ille exclamationis vel admirationis [1]), ut Grammatici loquuntur, uno loco T. 21 apud Suetonium invenitur: "ordinem æstivorum" [2]). In tali accusativo verba laudandi, admirandi, prædicandi similia semper audiuntur.

Postremo non illud silentio prætereundum est, Suetonium, Ovidio præeunte [3]) uno loco nominativum, ubi accusativum exspectes, posuisse Cl. 24 cognomen Chaucius usurpasse [4]).

De usu dativi.

Dativum illum absolutum [5]) quem vocant a Ciceronis et Sallustii consuetudine alienum, Cæsarem [6]) primum in solutam orationem induxisse, Dræger [7]) contendit. Quatenus usus hujus dativi apud Livium patuerit, Kühnast [8]) satis docet. Apud Suetonium nonnulla ejusmodi dativi exempla exstant, velut Galba 4 sinistrorsus Fundos petentibus, Vesp. 1. Locus ad sextum milliarium a Nursia Spoletium euntibus. Usus hujus dativi apud posteriores scriptores non late patet.

Præstantiores scriptores [9]) interdum dativum pro genitivo posuerunt, si dativus non tam ex singulis verbis quam ex universa sententia pendet. Hic usus, qui apud Præstantiores scriptores rarior est, apud Posteriores maximeque apud Tacitum [10]) late patet. Quam sit creber hujus dativi usus apud Livium, ostendit Kühnast [11]). Exempla hujusce

---

[1]) Madv. 239.
[2]) Cfr Ter. Andr. 5. 2. 28. Pietatem gnati.
[3]) Dræger p. 401.
[4]) BC. de latinitate hujus dictionis dubitans, Chaucium vel Chaucii scribendum esse censet. Cfr tamen Prop. 1. 18. 31 "resonent mihi Cynthia silvæ." Resonant enim silvæ Cynthia, non Cynthiam.
[5]) Madv. 141 anm. 6.
[6]) b. g. 3. 80.
[7]) Tac. Stil. § 50.
[8]) p. 123 (fine).
[9]) Madv. 241. 3; 242. 2.
[10]) Dræger § 53 (fine).
[11]) p. 119.

generis apud Suetonium rariora sunt. T. 12 efflagitare aliquem cujuslibet ordinis custodem factis atque dictis suis [1].

Neque alia est ratio locutionum quæ sunt: puero capillus toto capite canesceret G. 8, sacrificanti de capite coronam decidisse G. 18, spargi ad pedes stantibus G. 22, nepotibus præceptor electus Gr. 17, successor ei nominatus C. 34. Huc proxime accedit dativus ille commodi qui dicitur, qui apud Suetonium paulo rarior est. T. 11 exorare filiæ patrem, A. 5 quum peteret donari quasi proprio suo ac peculiari Deo, vide supra de his exemplis, A. 98 certamen honori suo institutum, Vit. 8 nobis alluxit, cfr cui (nocti) illuxit dies O. 81. — Dativus post adverbium feliciter positus invenitur. Cl. 7, Dom. 13 domino feliciter: (audi eveniat). Phædrus 5. 1. 3.

Dativi finalis qui dicitur exempla apud Sueton. rara sunt velut Cl. 15 contemptui esse, A. 93 contemptui habere, G. 17 despectui esse. Apud Tacitum et Apulejum hujusce generis dativum sæpissime reperias; Dræger T. p. 21, Kühnast 124.

Verba, cum præpositionibus [2]) composita, apud veteres scriptores modo cum dativo modo cum præpositionibus conjuncta esse, satis notum est. Apud posteriores vero scriptores, Sallustium et Livium secutos, his verbis multo frequentius dativus subjectus est [3]). Supervacaneum est hic enumerare omnia hujus generis verba, quorum structura a consuetudine optim. scriptorum abhorret, quippe quum in singulis verbis ea annotaverim, quæ quidem digna putarem, quæ afferrentur. Tamen nonnullis exemplis rem illustrare non alienum sit velut accedere ap. Suet. sæpius cum dativo quam cum præp. ad jungitur, numquam autem cum accusativo aut cum præp. in, velut N. 39 accesserunt tantis ex Principe malis quædam et fortuita; accubare absolute positum est apud Sueton., excepto uno loco, C. 44 theatrum Tarpejo monti accubans, pro eo quod usitatius est, adjacens; C. 55 principibus patronis annumeratus est; Cicero et dativum — idque sæpius — et præp. in (Rosc. Am. 32. 89. in grege, alii in gregem) h. verbo subjecit; A. 12 tumulo ascripserant, N. 45 Phædrus; ad statuam A. 70; attendere (audi animum, græce προσέχειν) apud Suetonium semper cum dativo conjunctum est velut G. 5 attendit et juri. Optimi scriptores habent animum attendere ad. Commiscere poetarum more c. abl. j. Vit. 2 commixtæ salivæ melle; C. 81 libellum libellis, Dom. 17 reliquias cineribus; utrum "libellis" et "cineribus" ablativi an dativi sint, incertum est;

---

[1]) Cfr. Cic. am. 12. 42 his adjutor inventus est, et Seyffert ad. h. l.
[2]) Madv. 243.
[3]) Madv. 243. 3; 245. 1; Dræger Tac. § 52. c.

A. 25 neque commixtos cum ingenuis. Cicero semper præpositionem addit; T. 73 extractum sibi anulum; optimi præpositionem addunt; G. 7 subita ei valetudo incidisset. Ita poetæ locuti sunt. Optimi habent: in qm; C. 81 cui (nocti) illuxit dies. Per translationem dicit Cicero leg. ag. 1. 8. 24. quum populo Romano vox illuxerit; N. 6 quas aureæ armillæ inclusas. Curt.; Optimi "in" apponunt; C. 1 Cæsari multos Marios inesse, A. 79, Cicero: in re; inscribere (Vesp. 6 vexillis nomen) et insculpere (N. 41 monumento) Gr. 1. (Quint. Plin. minor) cum dat. j. pro: in re; inscribere lapidem Vit. 10, sim. sæpius, unde inscribere librum Cic. Off. 2. 24. 87. Suet. Quint.; A. 82 insidens ligneo solio, Poetæ Posteriores; invadere semper cum acc. j., Cicero semper fere in sequente accusativo habet; irridere semper cum acc. j. Ita sæpissime et poetæ et Cicero; T. 2 navis obhærens vado. E verbis simplicibus, quibus Suetonius dativum subjunxit, ubi exspectaveris præpositionem, hæc afferam. Junxit parricidio matris amitæ necem N. 34, sibi A. 17. N. 3. A. 56. T. 17. Principes sol. or. scriptores semper fere præpositionem addunt [1]). Aequarentur prætorianis T. 23.

Dativus nonnullis verbis apponitur, quamquam motum quendam significari perspicuum est velut C. 73. A. 74 adhibere quem coenæ, Nep. in convivium, Cicero absolute posuit; admovere et cum dat. et cum præp. ad j. velut Cal. 32 admota altaribus victima, Vesp. 8, C. 79. A. 80. T. 44 pro ad vel in; contra C. 20. Cl. 10 ad genua accidere, Liv. 44. 31 genibus; assidere apud Suet. ut ap. Plautum, Varronem, Ciceronem cum præp. in sequente abl. jungitur velut Dom. 11 in toro; N. 19 humum corbulæ congestam pro in corbulam [2]), contra Vesp. 5 luto congesto in sinum; A. 23 caput foribus illideret, Cal. 59, N. 47. Poetæ. Cicero: ad vulnus illidat manus Tusc. 3. 31. 76; C. 82 imponere [3]) coronam statuæ pro in sequente acc., C. 79 sæpius, vide supra, C. 81 inferentem se curiæ Poetæ, contra Gr. 2 in urbem intulit; C. 84 injicere vestem flammæ, Cal. 12; contra C. 68 injecta in puppem dextra; inire, introire, insilire semper cum acc. junguntur; A. 41 invecta urbi [4]) gaza; Cal. 30 invehi in aliquem, Cicero.

Adjectivo, quod est superstes [5]), contra morem optimorum scriptorum, qui genitivum adjungunt, dativus subjectus est. Otho 4. Neroni,

---

[1]) Vide tamen Madvigium 243. 4. De h. re copiosissime disputavit Kühnast p. 133 sq.

[2]) Cujus generis dativus apud poetas frequentissimus est, imprimis apud Vergilium, e quo multa exempla collegit Peterson "de Syntaxi Vergiliana" p. 24.

[3]) Cfr Lattm.-Müller 4. 3. 3. (fin.).

[4]) Cfr Kühnast 137 (fin.)

[5]) Madv. 247. b. 1.

Cal. 7; uno tamen loco genitivus subjectus est T. 62 superstes omnium suorum; similis[1]) nonnullis locis — semel (T. 67 sui) cum genitivo — cum dativo[2]) conjungitur, quamquam de hominibus agitur Cl. 37 attonito similis Cl. 15, A. 51. Galba 11. Apud Sallustium semper dativum sequi hoc adjectivum, contendit Lagergren[3]). De usu hujus adjectivi apud Livium vide Kühnast[4]); sacer[5]) cum dativo jungitur Vesp. 5 quercus Marti sacra, ubi optimi scriptores habent genitivum. De ceteris adjectivis, quibus Suetonius dativum contra morem præstantiorum scriptorum adjunxit, in singulis verbis annotatum est.

Dativus[6]), ubi exspectes præpositionem ab sequente ablativo, sæpissime subjicitur et temporibus compositis, ut apud principes sol. or. scriptores, excepto tamen Cæsare, interdum fieri solet, et simplicibus more poetarum; id quod apud principes scriptores raro fit, nec umquam nisi quum in dativo significatio[7]) commodi inest. E multis exemplis quæ sub voce ab BC collegit, hæc attulisse satis erit N. 43 quæ jam nunc sibi componi oporteret, Dom. 1 ut scrutantibus deprehendi non potuerit, A. 1 ara Octavio consecrata. Qui quidem usus apud Poster. script. creber est.

De usu ablativi.

Ablativus[8]) causæ sæpissime verbis intransitivis et passivis subjicitur, quæ affectum quendam animi significant, maximeque eorum participiis, quæ ad subjectum enuntiationis adjunguntur. Hæc participia (adductus, ardens, commotus, incitatus simil.) contra morem veterum Suetonius et æquales frequentissime omiserunt[9]) velut N. 33 Britannicum, non minus æmulatione vocis quam metu ne — — veneno aggressus est.

Exempla ablativi substantivorum verbalium in -u[10]) exeuntis hæc reperi: vocatu ipsius Cal. 39. T. 53, mandatu C. 7. Memorabile exemplum ablativi qualitatis est: A. 53 grandi natu pro grandis natu[11]).

1) Madv. 247. b. 2.
2) Vide Ritschelium p. 523. 3) p. 150.
4) p. 124. cfr Madv. ad Cic. Fin. 5. 5. 12.
5) Vide Kühnast p. 128 (media).
6) Madv. 250. a. Dræger 396. Kühnast p. 139.
7) Madv. Fin. 1. 4. 11.
8) Madv. 256. 1.
9) Livius in his locutionibus etiam præpositione a usus est.
10) Reissig-H. p. 702, Kühnast 176.
11) Madv. 306. 1. Nep. Paus. 5. 3. magno natu.

Paulo liberior usus ablativi modi est A. 53 vel serio vel joco. — Exempla ablativi mensuræ: G. 4 cubitali majus A. 43, bipedali minor; contra C. 82 paulum [1]) infra pro paulo; multum [2]) antecedere C. 13; ablativi comparationis T. 18. T. 37 solito frequentior Liv. Plin. minor Ovid., N. 33 opinione tardius [3]); ablativi pretii C. 50 minimo [4]).

Posteriores scriptores præpositione in vel solo ablativo utuntur, quum de armis, vestimentis simil. quæritur, ubi Principes sol. or. scriptores præpositonem cum [5]) usurparunt, C. 6 muliebre veste, Cl. 17 in [6]) veste palmata, N. 25, C. 9 in armis esse. Cal. 45. Rh. 3 in catenis = catenatos. Plura hujus rei exempla apud BC. sub vocibus "vestis" et "in" inveniuntur.

Contra morem principum sol. or. scriptorum præpositio cum [7]) omissa est in locutionibus, quales sunt hæ: T. 41 magno dedecore imperii nec minore discrimine, Tit. 10 majore hominum damno quam suo, Cl. 16 sed suo majore dedecore.

Verbum fungi [8]) apud Sueton. duobus locis accusativus sequitur, ablativus ceteris locis [9]).

De usu particularum ante et post apud optimos scriptores Krebsius [10]) elegantissime disputavit, ubi affert locum Suetonii Cl. 27: ante quintum mensem divortii pro eo quod est quinto mense ante divortium. Præpositio ante igitur priori substantivo præposita est et sequenti substantivo genitivus subjectus est, cujus generis exempla etiam apud Posteriores [11]) script. rariora sunt. Similiter G. 17 intra sextum adoptionis diem.

Apud Suetonium præeunte Livio [12]) sæpe præpositio ab nominibus urbium apposita est, ubi principes eam omiserunt velut C. 35.

---

[1]) Madv. 270. 1. [2]) Ib. 270. 2.

[3]) Madv. Bemerkungen p. 85, Kühnast 174, 175.

[4]) Alii scribunt numo Ter. Eum. 1. 29.

[5]) Madv. 258. (fin.).

[6]) Cfr Cic. Fin. 2. 20. 65. potantem "in rosa" Thorium, quæ verba nonnulli interpretantur "rosis redimitum", Madvigius vero "rosis circumfusum. Tales locutiones poetis usitatissimas esse, dici vix opus est.

[7]) Madv. 258. 5.

[8]) Ib. 265. 2.

[9]) Utroque tamen loco scriptura dubia est A. 35 senatoria munera (al. senatorio munere) A. 45 vicem (al. vice).

[10]) 1. 75. Madv. 270. 4, 276. 6.

[11]) Nipperdey T. Ann. 1. 62.

[12]) Kühnast p. 186 sq. Hic usus Augusti ætate in immensum crevit. cfr A. 86: "præcipuamque curam duxit, sensum animi quam apertissime exprimere. Quod quo facilius efficeret aut necubi lectorem vel auditorem

Ab Alexandria in Syriam transiit [1]). Paulo rarior ejusmodi structura apud veteres est [2]). Monet Bremi [3]), Suetonium semper "in" ante vocem regione omisisse, genitivo loci [4]) sequente, C. 39 regione Martii Campi, N. 12, regione Palatii A. 41, Cal. 21 regione Thurina A. 7. Vergilium primum ita locutum esse, contendit Dræger p. 482. Contra morem veterum omissum est in O. 1 oppido Ferentino [5]); — Capreis A. 72. Huc referri possunt exempla quæ sunt A. 13 municipalibus agris collocandis [6]), T. 2 mediterraneis agris [7]) abditus, Vit. 7, sæpius, Posteriores. Nonnullis verbis Suet. ablativum nulla sequente præpositione addidit, velut abripere simulacro A. 17 (vide supra), egredi sæpissime [8]), se proripere ruina Cal. 57 [9]), removere quæstura, T. 35, T. 42 [10]).

Quatenus posteriores script. ab usu ablativi temporis [11]) apud optimos scriptores recesserint, ex eo intelligi licet, quod ratio fere contraria apud eos apparet. Apponunt igitur posteriores script. maximeque Suetonius [12]) præpositionem in, ubi omittunt principes; contra omittunt illi, ubi apponunt hi. Nonnullis exemplis rem illustrabo. Prioris generis exempla hæc protulisse satis erit: in brevi spatio Cl. 12, N. 30, in illo temporis spatio A. 78 [13]), in omni tempore et loco A. 45 [14]). Alterius generis hæc proferantur: C. 11 proscriptione, A. 54 senatus lectione, Otho 6 ejus statione = quum ea (cohors) in statione esset,

---

obturbaret ac moraretur, neque præpositiones urbibus addere neque conjunctiones sæpius iterare dubitavit, quæ detractæ afferunt aliquid obscuritatis, etsi gratiam augent."

[1]) Plura exempla BC. sub præp. ab collegit; contra præp ositio omissa est, ubi exspectas velut A. 16 quum partem — continenti (audi ex) repeteret. Ita Ruhnk. Bremi continenti pro quæ erat in continenti scriptum putat. Alii scribunt: quum ad partem (trajiciendam) continentem repeteret vide BC.

[2]) Madv. 275. 1.

[3]) C. 39. [4]) Madv. 273.

[5]) Madv. 273. a. anm.

[6]) BC. ex prægressa sententia audit in.

[7]) G. 20 in gremium abdidit; optimi præp. addiderunt; cfr tamen Cic. Arch. 6. 12 literis (instrumenti abl.) se abdere.

[8]) Optimi addunt præp., ut Suet. Cl. 23 ab urbe.

[9]) Cæsar b. c. 2. 11. pro "ex ruina", Dræger. 477.

[10]) Alii præp. apposuerunt, ut T. 56. a contubernio removit.

[11]) Madv. 276.

[12]) Dræger Tac. § 58.

[13]) Cfr tamen Cic. de Orat. 3. 2. 7. in medio spatio.

[14]) Vide BC. sub præp. "in."

C. 5 tribunatu [1] militum Vesp. 2, N. 34 peregrinatione Græciæ, N. 46 votorum nuncupatione [2]. Ad hoc genus proxime accedunt ablativi substantivorum quæ sunt ludus, spectaculum, munus simil., cujus generis usus apud Sueton. frequentissimus est N. 11 circensibus ludis, C. 39 Dom. 7 ludis = quum ludi essent, A. 43, A. 45 ludis et scena [3]. + Præterea digna quæ proferantur hæc exempla sunt. N. 3 in diebus paucis = intra [4], addita enunciatione [4] T. 60 in paucis diebus quam = paucis diebus postquam; C. 35 intra quintum quam affuerat diem = nondum exactis quinque diebus [5]; bis die Ter. vita pro bis in die quod usitatius est [6], bis anno A. 31.

De ablativo temporis, ubi accusativum habent optimi scriptores, vide accusativum.

Ablativus absolutus [7] qui vocatur nonnullis locis apud Suetonium paulo insolentius positus est, quamquam ad vocem primariæ sententiæ refertur, cui alius casus subjunctus est A. 65 Cajum et Lucium amisit ambos, Cajo in Lycia, Lucio Massiliæ defunctis pro Cajum — Lucium — defunctos, C. 22 negante quodam responderet, T. 31 iterum censente (pro censens) — obtinere non potuit [8]. Inveniuntur etiam apud Suetonium exempla ablativi absoluti, ubi subjectum omissum est [9] velut Cl. 15 absentibus, secundum præsentes facillime dabat = quum quidam abessent. Interdum facile subjectum [10] audiri potest velut N. 23 judices reverentissime alloquebatur atque ut auderet — hortantibus (audi judicibus), Vesp. 5, C. 4, Cl. 26 non repertis qui sequerentur exemplum. Talia exempla apud Tacitum et æquales, præeunte Livio, frequentia sunt.

Monet Bremi [11], Suetonium sæpe adverbii loco ablativum adhibuisse velut destinato, festinato C. 16, augurato A. 30, sortito A. 72, secreto, consulto, simil.

---

[1]) Contra in primo consulatu C. 54, T. 65.

[2]) "Die quo vota pro salute principis suscipiebantur" Ruhnk.

[3]) Vide Bremi ad C. 2. 39, Madv 276. anm. 2. Elegans expositio Kühnasti de ablativo temporis est p. 179 (fin.) sq.

[4]) Cfr Madv. 276. 4. R.-Haase not. 567. A. 22 in multo brevitore temporis spatio.

[5]) Madv. 276. 6**.

[6]) Madv. 276. 3. Ritschelium p. 503.

[7]) Madv. 277.

[8]) De h. exemplo vide BC. p. 838; Krebs 1. 146.

[9]) Nipperdey T. Ann. 1. 29.

[10]) Madv. 429. 2. Dræger T. p. 71.

[11]) Ad C. 50.

Ad extremum commemorandum est, Suetonium frequentius et liberius[1]), quam apud optimos script. fieri solet, ablativo usum esse; velut duplex ablativus in eadem sententia hoc modo positus invenitur A. 16 classes tempestatibus duplici naufragio amiserat, Vesp. 16 necessitate compulsum summa ærarii inopia, T. 62 veneno interemptum fraude, T. 40 propter cladem qua gladiatorio munere amphitheatri ruina perierant, ubi tres ablativi in una sententia collocati sunt[2]).

De usu genitivi.

Memorabilia genitivi possessivi exempla hæc sunt: T. 12 beneficii sui[3]) centuriones i. e. qui illius beneficio ad centurionis gradum evecti erant, Cl. 13 commeatus a senatu peti solitos beneficii sui fecit[4]). — Paulo insolentius Græcorum maxime more genitivus pro adjectivo positus est A. 94 tunica laticlavi pro laticlavia, Cal. 17 fasciæ purpuræ ac conchylii[5]). Præstantiores Romanorum scriptores duo nomina cum præpositione nullo addito verbo raro conjunxisse, satis notum est[6]). Livius jam ita sæpius dixit, Kühnast p. 54—55. Posterioribus vero script. hæc ratio dicendi usitatissima est. Nonnulla hujusce generis exempla e Suetonio sumpta h. l. afferam: panis ex herba C. 68, tropæa de Jugurtha C. 11, nuntius de seditione A. 17, collega in ædilitate A. 27, homo e plebe[7]), sæpissime, æmulatio cum Cajo T. 11, nemo cum imperio aut magistratu T. 12, insidiarum adversus se Cal. 24, myrmillonem e ludo Cal. 32, jurisdictio de fideicommissis Cl. 23, ignominia ad Orientem[8]) N. 39, Tegeæ in Arcadia Vesp. 7, eques

[1]) Velut reliqua militia C. 2 (militiæ tempore), dedicatione templi Cal. 32 (Madv. 276. 2), contubernio prætoris C. 2, senatus lectione A. 54, civili discordia C. 5, circensi pompa C. 76, triumpho Cæsaris Africano A. 8, expeditione Cantabrica A. 29; contra in expugnatione C. 2, in transitu C. 56, in agmine C. 57.

[2]) Cfr Bremi ad A. 16.

[3]) "Hinc fluxit elegans loquendi ratio rem vel hominem sui beneficii, sui muneris facere pro facere ut res vel homo a nobis pendeat, in nostra potestate sit. Ovid. Am. 2. 13. 22. Digna est quam jubeas muneris esse tui" BC. cfr Rosengren. p. 53. "De Elocutione L. Annæi Senecæ."

[4]) Justin 13: 4. ut munus imperii beneficii sui faceret, cfr Madv. 281 anm.

[5]) Cfr Juven. 11. 156 bellorum animæ pro bellicosæ, Seneca Med. 396: vultus furoris pro furiosus.

[6]) Krebs. 1 Theil. § 80—82. Seyffert ad Læl. p. 17.

[7]) Ita etiam Cicero sæpe locutus est velut Verr. 1. 58, Brutus 34.

[8]) Cfr Cic. Brut. 3. 12. Marcelli ad Nolam prœlio.

contra se (accumbens) Cal. 18, sine auctore versus [1]) A. 70; addito adjectivo vel genitivo substantivi hoc modo: asperrima de se epistola A. 51, somnia sua de se A. 91, veteres ad se codicillos Augusti de acerbitate T. 51, tanta ex principe mala N. 39, appellatio mensis e nomine C. 76, tali ad Augustum elogio Hor. vita, epistola Othonis ad [2]) Vesp. 6.

Si de quadam cognatione quæritur, Græcorum more appellativa quæ sunt [3]) filius, filia, uxor interdum omittuntur. E Suetonio hæc exempla afferantur: C. 50 Postumiam, Servii Sulpicii (audi uxorem), Otho 10 Messalinam Neronis [4]). Hunc poetis usitatum genitivum posteriores usu receperunt [5]). Adverbio abunde genitivus subjicitur C. 86 potentiæ gloriæque abunde adeptum.

Adjectiva neutri generis raro apud Principes sol. or. script. cum genitivo conjungi, satis notum est [6]). Apud posteriores, imprimis apud Tacitum, et poetas hanc dicendi rationem frequentissimam esse, tenendum est. Madvigius [7]) ille monet, post præpositionem adjectivum apud optimos vicem substantivi numquam sustinere. Livius primus ita locutus est eumque posteriores, apud quos hic loquendi mos viget, secuti sunt [8]). Nägelbachius [9]) hoc e Suetonio exemplum affert: Tib. 40 profunda maris. Huic addenda sunt: Gr. 7 residuum cibariorum, A. 78 rerumque missilia, A. 94 per secreta Thraciæ, innumerabilia alia [10]). Genitivus subjicitur adverbiis eo [11]) et eodem [12]) (A. 65 loci) apud Suetonium, præeuntibus Sallustio et Livio. Apte comparat Dræger (p. 26), de hac re disserens, locutiones illas Ciceronis ubi, ubicunque, longe terrarum, gentium. De locutione "id ætatis" vide acc. abs., de

---

1) Cfr Cic. Tusc. 2. 3. Lectionem sine ulla delectione negligo. Præpositiones sine et cum h. m. etiam optimi scriptores usurparunt.

2) Epistola amicorum (obj.) Hor. vita. Contra A. 1 bellum finitimum = b. quod cum finitimis gerebatur Justin, ad similitudinem locutionum quæ sunt bellum sociale, civile sim.

3) Madv. 280. 4. R.-Haase p. 641.

4) Cfr apud Vergilium 3. 319. Hectoris Andromache.

5) Cfr Madvig Fin. 5. 5. 13.

6) Madv. 284 anm. 5. Cic. fam. 1. 9. summa pectoris, de Or. 2. 16. cujusque artis difficillima, Att. 4. 3. 3. in interiora ædium, Verr. 1. 15. inania nobilitatis Cæsar 3. 105. in occultis et reconditis templi. Quatenus Livius hoc loquendi genus usu receperit, docet Kühnast p. 78.

7) 285. 1. 8) Dræger T. p. 25. 9) p. 73.

10) Cfr Nägelsbach p. 78, Kühnast p. 78.

11) Madv. 284. 10. Dræger T. § 67, H.S. 414, Kühnast p. 84, R.-Haase not. 534.

12) Val. Max. sæpissime ita locutus est.

l. boni consulere Madv. 294. 2, R.-H. p. 647. — Genitivus partitivus Græcorum poetarum more paulo insolentior est Tit. 8 in asperrimas insularum; quæ quidem ratio loquendi etiam apud Liv. 28. 39, Curt. 9. 10. invenitur. — Genitivus qualitatis nullo apposito appellativo [1]), ut ap. optimos fieri solet, paulo insolentius nomini proprio subjungitur velut A. 76 cibi minimi erat, G. 22 cibi plurimi traditur (fuisse) [2]), C. 63 L., partis adversæ [3]), N. 57 exstitisset conditionis incertæ qui, Vit. 10 ut pessimi exempli [4]). Multo insolentius exemplum genitivi qualitatis, nulla addita voce quam, pro abl. est A. 38 majores annorum triginta [5]).

Permulta adjectiva relativa [6]) apud posteriores, poetas secutos, cum genitivo conjunguntur, ubi optimi scriptores præpositionem adjunxerunt aut aliud loquendi genus adhibuerunt. Suetonius hac in re omnino veterum consuetudinem secutus est, quare usus horum adjectivorum apud eum non tam frequens est quam apud æquales ejus maximeque apud Tacitum. Velut apud Suetonium nullum exemplum genitivi "animi", qui apud posteriores in usu est [7]), invenias. T. 76 parcus pecuniæ, A. 77, C. 53 parcissimus vini; G. 22 libidinis in mares pronior [8]). Huic adjectivo Sueton. plerumque præpositionem ad, rarius præpositionem in vel dativum subjungit. T. 46 tenax pecuniæ, C. 67 quo tenaciores eorum (armorum) in proelio essent [9]), certi [10]) damnationis T. 61, patiens [11]) pulveris atque solis C. 57, 61 Verg. Hor.

Verbum "poenitere" contra morem veterum cum præp. de j. Cl. 43 poenitentis de matrimonio Agrippæ deque Neronis adoptione. Si usum verborum illorum forensium [12]) respexeris, videre licet, Posteriores [13]), Livio præeunte, plura quam principes sol. or. scriptores verba ad hoc genus retulisse. Exempla proferam hæc: accusare repetundarum Dom. 8; arcessi se crimine veneni T. 53, arguere quem rei, sæpissime,

---

1) Madv. 287. 3, Kühnast 72. Dræger T. p. 29.

2) Cfr Cæsar b. g. 5. 6. quod eum magni animi, magnæ inter G. auctoritatis cognoverat.

3) Cfr C. 75 unus adversæ partis.

4) Forsitan h. l. exemplum paulo insolentius afferi liceat N. 31 fossam gitudinis per centum milia, latitudinis — pro: in longitudinem c. milium.

5) Cfr Dræger 455.

6) Madv. 290. g.

7) Kühnast p. 77.

8) Alii pronioris.

9) Cfr præterea quæ de adjectivo "anxius disputavi.

10) Ap. Cileronem facere quem certiorem cujus rei.

11) Madv. 289. a.

12) Madvig 293.

13) Velut apud Tacitum hic mos dicendi viget, cfr Dræger p. 27.

velut A. 67 maluit **timiditatis arguere quam noxæ; convincere repetundarum** C. 43, cædis T. 1, **scelere**[1]) N. 31, in[2]) **majore fraude** Cl. 15, in affectatione Tit. 9; ambitus condemnatus C. 9, de[3]) ambitu C. 41; ad[4]) bestias, ad metalla Cal. 27; in[5]) antliam T. 51; **damnare capitis** Cal. 2, capite N. 10, sæpe, ad[6]) opus N. 31, repetundis[7]) O. 2; postulare injuriarum A. 56, repetundarum[8]) C. 4; comperta[9]) in stupro generi T. 35; insimulatam[10]) parricidii V. 6 (= ficto crimine accusare); increpare[11]) quem avaritiæ Cal. 39. G. 15; reus sæpissime cum gen. j.; de[12]) vi et rapinis reum T. 30.

De adjectivis adverbiorum loco positis.

Latinos adjectiva, ubi nos adverbiis utimur, non raro usurpasse, satis constat[1]), maximeque ea, quibus affectus animi significatur[2]). Quatenus Livius et Tacitus hac in re progressi sint, multa exempla, quæ Kühnast[3]) et Dræger[2]) collegerunt, docent. E Suetonio, qui hoc in genere tantam quantam æquales licentiam sibi non sumpsit, hæc afferantur: A. 17. Antonium seras conditiones pacis tentantem, T. 33 et si quem reorum elabi gratia rumor esset, subitus aderat, Cl. 28 libens passus est, C. 73. Vit. 7. N. 21. Cl. 20 quamvis continuis triginta hominum missibus sine intermissione operantibus, A. 6 concepta opinione veteri = jamdudum[5]).

---

[1]) Cfr Törnebladh Quæstiones criticæ Quintilianeæ; vide infra not. 9.

[2]) Cicero pro Sulla 30. 83, Dræger T. p. 27, Kühnast p. 82, 83.

[3]) Cic. Phil. 2. 23. 50. de alea.

[4]) Cfr damnare ad opus N. 31. Plin. minor.

[5]) Plin. ep. 10. 42. 2. damnare in opus.

[6]) Vide not. 6.

[7]) BC. interpretatur lege de repetundis; alii audiunt præpositionem de, cfr Tac. Ann. 3. 38. postulare repetundis:

[8]) Huic verbo Cicero præpositionem de subjicit.

[9]) Livius 7. 3. nullius probri, Tac. Ann. 1. 3. flagitii.

[10]) Cicero Poster. Plaut. Ter.

[11]) Apul. ap. cp. 77 levitatis et inconstantiæ increpitus; vide Dræger p. 449. Cicero de or. 2. 48. 199. fugam, T. 5. victorias ceu damnosas, Tac.

[12]) Cicero. Quint.

[1]) Madv. 300 b. c. 1. 2. R.-H. p. 395.

[2]) Cfr Nägelsb. § 82, Krebs. 1. p. 54 (med.).

[3]) p. 56. [4]) p. 4.

[5]) Cfr Nep. Dion. 10. 1 celeri rumore dilato.

De adjectivis et participiis substantivorum loco positis.

De adjectivis et participiis vicem substantivorum sustinentibus tam multa [1]) et præclara et ea a viris summis ingeniis exquisitissimaque doctrina instructis exposita sunt, vix ut plura addi possint. Tamen summatim hanc grammaticæ partem attingere liceat, quo magis id, quo differt Suetonius a præstantioribus scriptoribus, eluceat. Primum igitur a bonis sol. or. scriptoribus adjectiva, quæ ad secundam declinationem revocantur, multo frequentius pro substantivis usurpantur quam quæ ad tertiam; deinde usus hujusce generis adjectivorum in plurali numero crebrior est quam in singulari, tum, si ad usum ejusmodi adjectivorum singularis numeri respexeris, adjectiva neutrius generis frequentiora esse reperies; neque id mirum, si quidem et substantivorum "abstractorum" vicem suscipiunt, velut bonum, malum simil., et sæpissime cum præpositione aliqua ita conjunguntur, ut adverbialem locutionem efficiant. Suetonius ut scriptores argenteæ ætatis multa adjectiva in ' — arius desinentia et in singulari et in plurali substantivorum loco posuit [2]). His proxime accedunt verba, quæ in -atus desinunt, velut caligati, armati simil. et laticlavius (i. e. senator) simil. Exempla adjectivorum et participiorum, quæ substantivorum loco posita sunt, hæc protulisse sufficiat. Adjectiva et participia masculini generis singularis numeri: in nominativo T. 65 absens, A. 63 infans, nullus [3]) Cal. 35 nullus tam abjectæ conditionis fuit, triumphalis N. 35 [4]) (audi: vir = qui triumphavit); in genitivo C. 28 absentis, ex ignoti testamento A. 66., Cal. 6 defuncti [5]); in dativo Cl. 15 amenti, A. 51 commoto similis, N. 16 infanti; in accusativo infantem A. 65. Cal. 25. Feminini generis: Vesp. 3 delicata (= amica), N. 28 nupta (= uxor) Plaut. Terent. Ovid. — Neutri generis: in nominativo C. 30 prætextum, G. 7 residuum (cibariorum), A. 6, Dom. 16 stratum; in genitivo: crediti (exigendi jus) Vesp. 11, Cl. 16. C. 42, coepti O. 5, in accusativo T. 60 secretum (= secretam vitam) a-

---

[1]) Cfr quæ de h. re copiosissime et elegantissime disputarunt Nägelsb. § 20—26, Krebsius §§ 83—85, Berger Stilistik §§ 12. 13, Kühnast. p. 45—52, Dræger Hist. S. §§ 16—24.

[2]) Dræger Hist. S. p. 36. Vide adjectiva in arius desinentia quæ supra enumeravi.

[3]) Cfr R.-Haase p. 348, nullo egere Cic. am. 9, nulli sunt Off. 1. 37, Nep. Them. 4. 1 nullis defendentibus, Cimon. 4. 3. nulli defuit.

[4]) Ceteris locis C. 4. A. 30, quos e Suetonio affert Klotzius, additum est vocabulum vir.

[5]) De usu participii perf. passivi substantivi loco positi vide, Nägelsb. p. 90.

genti, commentum Vesp. 18. Cic. Liv., notum facere A. 65, nubilum N. 13. Poetæ. Quint. Plinii, vetitum C. 43. Cl. 38. Ovid.; in ablativo: Tit. 7 alieno, edito A. 72 (= edito loco), plano T. 33; Sall. Posteriores, postico Cl. 18. Poetæ, strato Cal. 51. — Adjectiva et participia masculini generis pluralis numeri: absentes A. 10, conspirati C. 82. N. 43. G. 19. Dom. 17, conjurati C. 17[1]), delicati (= pueri effeminati) Tit. 7, honestissimo quoque provincialium (= incolarum provinciæ) Vesp. 9. Plin. minor, pugillares A. 39. N. 52. Seneca Mart., vernaculi[2]) Vit. 14, armatis[3]) C. 30 Livius, Nepos, nullis Vit. 14. — Neutri generis sunt hæc exempla: extrema (græce τα ἔσχατα = mors) Cal. 54. Vesp. 4, adversa (= calamitates) A. 96, adversa temporum Tit. 8, sibi adversa, Galbæ prospera ominantium N. 48, bona malave corporis (virtutes — vitia) Cal. 36, coeptorum exitum N. 34, male partis usus est Vesp. 16, plurimum coeptis conferre Vesp. 6. Liv. Poetæ, edulia Cal. 40. Varro. Gell. Dig. reliqua administrare A. 20, equestria (loca)[4]) Cal. 26. Seneca, forensia (= vestimenta) A. 73. Cal. 17 (opp. domestica), asperiora C. 14, tædio præsentium et metu imminentium Vit. 15, imperata — jussa C. 54, læta precari alicui A. 58, obscoena Cal. 58. Dom. 10 Ovid., solennia triumphi N. 2, 34. Tac. Liv. Poetæ, tibialia (= fasciæ quædam tibiarum) A. 82. Dig., residua A. 78. 101. Exempla adjectivorum et participiorum, quæ substantivorum loco posita cum præpositione conjuncta sunt: ex adverso C. 39. T. 33, e medio C. 1, in proximo C. 30, ex æquo (ἐξ ἴσου) T. 11, ex professo (= palam, aperte) Tit. 9, Seneca Quint. Val. Max. ad subita A. 84, per aspera et devia T. 60, pro irrito T. 51, in posterum sæpe, in serum A. 17, N. 22. O. 11[5]), in præteritum[6]) Dom. 9. Plin. minor, in sublime[7]) pirum jactare Cl. 27, in integrum C. 16, in vacuum[8]) Cl. 9 Poetæ Posteriores. De genitivo his adjectivis apposito vide supra. — Præterea hæc adjectiva apud Suetonium pro substantivis posita inveniuntur: Annua[9]), annuis

---

[1]) Cfr Cic. Cat. 4. 10. 20 manus conjuratorum.

[2]) Vide quæ de h. voce supra disputavi.

[3]) Cicero habet "homines armatos".

[4]) Cfr in equite spectare Dom. 8 i. e. inter equites e quattuordecim.

[5]) Liv. et Tac. diei vel noctis addunt.

[6]) Ad præteritum Seneca.

[7]) Cicero: sublime (omisso in).

[8]) Vide Advers. Crit. p. 578.

[9]) "Annua absolute dicuntur, quæ alimentorum causa in singulos annos præbentur" Ruhnk.

præbitis fraudavit T. 50. Gr. 23, 3, annua centena constituere Vesp. 18. Seneca. Plin. minor; Ludicrum A. 43 Posteriores; Nubilum N. 13. Plinii Poetæ. Quint.: Salarium T. 46. N. 10. Secretum (variis modis usurpatum): 1) locus [1]) secretus A. 94 per secreta Thraciæ, Cl. 10. quasi secretum eo desiderante, T. 42, 60. N. 20, O. 10. Dom. 3. Vesp. 21; 2) = colloquium secretum, T. 25 secretum petenti, Cal. 23. Tac. Plin. minor; 3) = res secreta, A. 66 secretum prodere, O. 3. T. 14, 52. Poster. Serenum A. 95 liquido ac puro sereno, Liv. Poet.

Nonnulla [2]) adjectiva, quæ cum eodem substantivo semper fere conjungebantur, tandem omissis substantivis ita posita sunt, ut substantivorum natura induerentur. Exempla hujusce brevitatis, quæ græco nomine ἔλλειψις vocatur, hæc protulisse sufficiat:

Aureus (audi nummus) sæpissime, Liv. 38. 11. 8; *Calidæ* (aquæ, thermæ) N. 31 quidquid calidarum esset; *Aestiva* (castra) A. 49 in hiberna et æstiva, T. 21; *Cereus* (funis) C. 84. Cic. Off. 3. 20. 80. Sen. Plaut. Mart.; *Circensibus* (ludis) Dom. 7. C. 39; *Commentarius* (liber) C. 56. T. 61 sæpius, Cicero; *Decemjuges* (currus) N. 24; *Decocta* (aqua) N. 48. Juven. 5. 50. Plin. 31. 3 [3]); *Delicata* (amica) Vesp. 3; *Diribitorium* [4]) (ædificium) Cl. 18; *Ducentesima* (pars) Cal. 16; *Fasti* (dies), correxit fastos C. 40. A. 100. T. 5. Gr. 17. Cicero; *Frigida* (aqua) Cl. 40; *Furnaria* (ars) Vit. 2; *Gemoniæ* (scalæ) T. 53 [5]); *Laurea* (corona) sæpius [6]); *Natalis* (dies) A. 57, 81. T. 26, 65. Cal. 26, 49. Tit. 5 [7]); *Pecuaria* (res) C. 42. pecuariam facere = pecudes alere et vendere, Varro; *Popularia* (subsellia) = sedes populi in theatro Cl. 25. Dom. 4; *Prætexta* (toga) C. 84 sæpius Hor. Propert. Posteriores, numquam Cicero [8]); *Quadragesima* (pars) Cal. 40. Vesp. 1. Tac. Ann. 13. 51; *quarta* N. 10 Quint. Dio.; *Quartana* (febris). C. 1; *Quattuordecim* [9]) (ordines) = sedes

---

[1]) Presertim talis locus secretus, ubi servabantur scripta secreta Cal. 49 in secretis ejus reperti sunt duo libelli.

[2]) Madv. 30§ c. anm.

[3]) Addita aqua Mart 14. 116. 2.

[4]) Cicero habet vocem "diribitor".

[5]) Cfr Bremi ad h. l.

[6]) Modo omittit Suetonius coronam — id quod sæpius fit — modo addit.

[7]) Vox "dies" addita est A. 94. 100. T. 53. D. 10.

[8]) Vide tamen Klotz.: Cic. amic. p. 146.

[9]) "Ordinibus" additum est A. 14.

equitum C. 39. A. 40; *Quintana* (via) N. 26. Liv. = locus in castris, ubi prædam milites vendebant; *Trabeatæ* (fabulæ) Gr. 21 [1]).

De usu temporum et modorum.

Jam primum, si usum præsentis indicativi respexeris, videre licet, Suetonium, "ubi fontes suos memorat", frequentissime hoc tempus usurpasse. Innumerabilia hujus rei exempla BC. collegit p. 831.

Usus vero præsentis historici quod vocant apud eum rarior [2]) est quam apud alios scriptores rerum. Legitur tamen præsens historicum C. 19. Igitur cum Bibulo consul creatur, Galba 19. Haud multo post cognoscit; T. 11 petit (BC. petiit) ut permitteretur, Cal. 48 profugit et petit (iit BC.). Satis sæpe Suetonius particulæ dum [3]) præsens historicum subjunxit velut C. 4. Huc dum trajicit — captus est, Vesp. 24 dumque consurgit ac nititur exstinctus est, Dom. 4 auditus est dum quærit [4]), A. 76 dum redeo — comedi [5]), A. 99, sæpius, Vesp. 21 ac dum salutatur et calciabat ipse se et amiciebat. Post hanc particulam Suetonius imperfecto indicativi [6]) non usus est. Nonnullis autem locis præsens historicum positum est in oratione obliqua [7]) velut T. 14 eo ipso momento, dum spatiatur una, præcipitare in mare destinasset, T. 51 et dum adventus sui spem facit, prohibuit consecrari.

---

[1]) Cfr præterea Dræger H. S. p. 47.

[2]) Cfr Roth. Præf. p. 16.

[3]) De usu hujus particulæ vide Hoffman "die Construction der Lateinischen Zeitpartikeln" p. 169 sq.

[4]) Eadem fere significatione qua apud Ciceronem quum ex eo quæreret.

[5]) De hoc usu particulæ dum hæc affert Wolfius ap. Bremium A. 76: "Cicero quidem non ita construit, sed id faciunt poetæ, Ciceronis fere æquales, ac postea multi scriptores ut Tacitus, apud quem et ipsum editores Ciceronianos offendebat hæc constructio", cfr tamen Cic. Att. 6. 6. Ego, dum — Appium orno, subito sum factus accusatoris ejus socer, de Or. 1. 230 nunc talis vir amissus est, dum causa ita dicitur, Cæsar b. g. 3. 17. Cfr Madv. 336. 2. Hanc constructionem Suetonio usitatam esse, exempla supra allata docent.

[6]) Hoc tempus post dum non ponitur nisi quum "utriusque enuntiationis prædicatum idem temporis spatium complet", Kühner ad Cic. Tusc. 1. 42. 101, L.-Müller 164. A. 1. Cfr tamen R.-Haase not 450.

[7]) Neque id mirum, siquidem oratio vividior efficitur et res præteritæ quasi coram spectari videntur. Ita poetæ et Posteriores locuti sunt. Dræ-

Contra morem veterum Suetonius frequentissime imperfectum conjunctivi particulis priusquam, antequam [1]) subjecit pro perfecto indicativi, quod habent præstantiores scriptores, etsi de rebus veris, non cogitatis quæritur. Quam quidem rationem dicendi apud veteres non viguisse nisi aut in oratione [2]) obliqua, aut ubi potentialis finalisve significatio lateret, Lattman et Müller [3]) contendunt, C. 9 ante paucos dies quam ædilitatem iniret, A. 101, T. 14, 74. Cal. 8; A. 94 priusquam pareret somniavit, T. 20. Cal. 12. 48. Similiter pridie [4]) quam cum imperfecto conjunctivi junctum est velut C. 87 pridie quam occideretur, A. 96. T. 14. Cal. 57 sæpius. Raro Livius hoc modo locutus est [5]).

Particulam postquam plusquamperfectum desiderare, quum tempus, imprimis certum ac statutum, inter primariam et secundariam enuntationem interjectum sit, res est notissima. Suetonius tamen N. 6 h. modo locutus est "post VIII mensem quam excessit". Exemplum usus perfecti indicativi pro plusquamperfecti est C. 52 pæne Aethiopia tenus Aegyptum penetravit nisi. In usu temporum compositorum passivi Suetonius frequentissime formas fueram, fuissem, fuerim usurpavit eadem vi qua eram, essem, sim., fuerat occisus C. 84. A. 18, 31. N. 50, prosecutus fuisset A. 66. C. 42, Cal. 12, fuerit occisus O. 6. Cfr Kühnast. 204.

Quemadmodum historici sæpe indicativum pro conjunctivo in oratione obliqua quæ dicitur ponunt [6]), ita apud Suetonium licentia quædam deprehenditur, velut C. 9 referens Cæsarem in consulatu confirmasse regnum, de quo ædilis cogitarat, A. 42 affirmavitque non daturum se quamvis destinarat [7]); C. 46 multi prodiderunt — — quia responderat, T. 44 utrique mox, quod mutuo flagitium exprobrarant, crura fregisse, C. 30 dictitabat quod neque consummare quæ instituerat neque — exspectationem, quam fecerat, posset, C.

---

ger T. p. 57. Madv. 369. 3. Neque vero hoc genus dicendi a præstantiorum scriptorum more plane abhorret, velut Cic. Fin. 5. 50 quem ardorem studii censetis fuisse in Archimede, qui, dum describit — senserit, Tusc. 1. 42 dic hospes nos te vidisse jacentes, dum obsequimur.

[1]) Cfr Madv. 360. G. 6 perfectum sequitur post "postridie quam" — postridie quam ad legiones venit.

[2]) Perfectum indicativi etiam in oratione obliqua post has particulas positum esse, videre licet velut Cic. Am. 3. 11. Memini Catonem, antequam est mortuus, mecum disserere.

[3]) 167. 3; 168. 1. R.-Haase 526.

[4]) Cic. Am. 3. 12 pridie quam excessit e vita.

[5]) Dræger Tac. § 170; cfr Kühnast. 238.

[6]) Kühnast p. 235, L.-Müller p. 293. Madv. 369. 2.

[7]) Roth. habet: destinaret.

64 ne libelli quos tenebat madefierent, C. 81 diu cunctatus an quæ proposuerat differret, A. 79 inhibitum confessus sit quominus ut destinarat, Cal. 28 oravi ut quod evenit, Cal. 34. cur enim sibi non licere, dicens, quod Platoni licuisset qui eum e civitate quam constituebat ejecerit, N. 46 vidit per quietem navem sibi — — asturconem, quo maxime lætabatur, Vit. 14 exacerbatus quod post edictum suum quo jubebat — — propositus est, Vesp. 4 dicitur expressisse juveni cui impetrarat. Neque tamen numquam morem veterum secutus est, velut T. 3 notavit quod fuissent, Vit. 1 exstat libellus quo continetur — Vitellia, quæ coleretur.

In consecutione temporum animadvertendum est apud neminem scriptorem frequentius quam apud Suetonium perfectum conjunctivi tempus historicum sequi. Nepos enim et Livius[1]), quos Suetonius hoc in genere secutus est, imperfectum conjunctivi sæpius quam perfectum conj. adhibuerunt[2]). Exemplis rem illustrare supervacaneum forsitan sit, quum præsertim Dræger[3]) de hac re uberius disputavit. Jam vero illud multo magis memorabile est, Suetonium, si imperfecto conjunctivi usus est, cum hoc imperfecto perfectum[4]) sociasse, ut his temporibus fere promiscue usus esse videatur, C. 39 tantum undique confluxit hominum ut plerique — manerent ac sæpe — — exanimatique sint, N. 25 tantum afuit a remittendo — — ut appellaret neque egerit — — multisque obtulerit vel indixerit. Plura exempla inveniuntur apud Rothium[5]), Dræger[6]). Hoc loquendi genus Cicero et Cæsar[7]) prorsus aspernati sunt. Posteriores quoque rarius ita locuti sunt. Suetonium perfecto conjunctivi valde delectatum esse, facile est ad intelligendum; adde quod modestia quadam adductus suam sententiam de aliqua re plerumque perfecto conjunctivi profert[8]), A. 7 satis certa probatione tradiderim, Cal. 51 non immerito mentis valetudine attribuerim, N. 13 non immerito retulerim. Etiam præsens conjunctivi potentialis apud eum

---

¹) Kühnast. p. 216 sq.

²) Dræger Hist. S. p. 242, 249; Dræger Tac. p. 61.

³) Hist. S. p. 241 sq.

⁴) De discrimine horum temporum vide Madvig. 382. 4; R.-Haase not. 479.

⁵) Præf. p. 35.

⁶) Hist. S. 247.

⁷) Cfr tamen Kumlin, Latinska Språkets temporalföljd. p. 55, qui nonnulla exempla e Cicerone et Cæsare profert, in quibus tamen perfectum aliud quam imperfectum significat.

⁸) Cfr Baumg.-Crusium § 7 p. 833.

frequens est, velut Cal. 26 leve sit his addere, A. 73 quorum pleraque vix privatæ elegantiæ sint.

Jam vero in consecutione temporum licentia quædam deprehenditur; velut præsens conjunctivi positum est, ubi exspectaveris imperfectum: A. 55 censuit de iis qui edant, Cal. 34 jactavit se effecturum ne possint, A. 49 commodius id visum est, ut qui a loco perferunt literas, interrogari quoque, si quid res exigant [1]) possint, C. 22. Gallias elegit cujus emolumento idonea sit [2]) materia triumphorum, C. 52 librum edidit non esse Cæsaris filium quem Cleopatra dicat, T. 69 gestavit quod negetur, T. 36 relegavit existimans exprobratum quod loquantur, Cal. 51 dicente quodam non mediocrem consternationem fore sicunde appareat hostis — — conscendit ac translatus est, Cl. 3 quo certius cognoscatur posui [3]), Cl. 40 nihil habere se vociferatus est quare eos demereatur, N. 41 prolaturum se affirmavit si liceat, N. 49 legitque (perf.) quæri ut puniatur. Maxime vero perfecto conjunctivi utendo, ubi imperfectum aut plusquamperfectum exspectaveris, a veterum more recessit Suetonius. Præstantiores enim script. quum tempora orationis obliquæ subjungerent, secundariæ enuntiationis prædicatum verbo primariæ subjecerunt et quidem ita, ut si prædicatum prim. sententiæ tempore præterito, velut perfecto, expressum esset, imperfectum aut plusquamperfectum in secundaria sententia sequeretur; contra apud Suetonium sæpissime perfectum in enuntiatione secundaria usurpatum est [4]), velut C. 9 auctores sunt — conspirasse cum Pisone, cui data sit (= esset), A. 94 affirmavit ipsum esse, cujus imago obversata sit (= esset), A. 16 nec prius surrexisse quam fugatæ sint (essent), T. 5 existimaverunt natum quod fuerit et quod publicatum sit (= esset), T. 10 existimant cessisse exemplo Agrippæ qui abierit, T. 70 experiebatur quæ fuisset, quid solitæ sint, T. 23 ascitum quando non abstinuerit, Cal. 6 repressam quæ mox eruperit, Cal. 8 potuisse quo perductus sit, Cal. 19 qui contabularit, Cal. 24 nec dilexit ut quos prostraverit (prosterneret), Cal. 32 qui ejecerit, Cal. 59 in qua occubuerit, donec consumpta sit (consumeretur), Cl. 38 quia

---

[1]) Sic Rothius et BC., exigerent Bremi.

[2]) Elegantissime Madvigius locum ita emendavit: cuisvis emolumento, sibi materia, cfr adv. crit. p. 572.

[3]) Cfr apud Cic., quæ sit rerum inventio ac ratio, tractavimus.

[4]) Neque negaverim veteres quoque ita locutos esse, velut post perfectum infinitivi, quum prædicatum secund. enunt. cum verbo prim. minus arcte cohæret; cujus generis exempla collegit Kumlin p. 27, cfr præterea Lattm.-Müller 120. 1. (fin.) Kühnast. 222, Madv. 382. 3.

non miserint, ibid. cum liber editus sit (ederetur), N. 25 appellaret[1]) neque egerit (ageret), N. 33 ut qui solitus sit (soleret), Tit. 10 quam habuerit, Ter. vita "fieri nullo modo potuisse docet, cum natus sit et mortuus." Alia non minus notabilia exempla mutationis temporum hæc sunt: T. 24 proclamaret: Aut agat, aut desistat, alter exprobraret, ceteros quod polliciti sint tarde præstare, sed ipsum quod præstet tarde polliceri, Cl. 1 magis ne prætermitterem retuli quam quia putem cum — dilexerit ut instituerit sicut professus est et laudaverit ut precatus sit — facerent. G. 3 quidam putant quod succenderit, alii quod uteretur, nonnulli quod præpinguis fuerit visus, quem galbam Galli vocent.

Præterea hæc per occasionem moneo, Suetonium ut nonnumquam apud veteres fieri[2]) solet, quum pronomini rel. demonstrativa vis subjecta est, enuntiationem relativam in acc. cum inf. posuisse, velut quarum exegisse pondus C. 47, quæ scire C. 52. Contra morem veterum "dicens" Cal. 34 legitur, quod poterat abesse, "cur enim sibi non licere", dicens — — Gr. 4. Exemplum or. obl., quæ cogitato verbo dicendi nititur, est Cal. 27 cunctantem pueris tradidit; verbenatum agerent.

Ita — si in precationibus Suetonius interdum posuit pro ita — ut[3]) vel ne — si[4]), velut T. 2 ut ita demum se sequerentur, si sibi pudicitia constaret, Cl. 25 ita demum pollicentis si præstitisset[5]). Conjunctivus post pronomen relativum positum est T. 68 quod mirum esset[6]), Cal. 51 nam qui (quum ille) contemneret, solebat, A. 31, C. 77; ut additum est A. 30 ut qui contulerit, 66, 72, Cal. 24 sæpius. Imperfecto pro plusquamperfecto usus est Cal. 3, 33 si quid sibi accideret[7]). Tantum abest uno loco N. 25 cum præp. a j. pro ut, hoc modo" tantum afuit a remittendo laxandoque studio, ut. Ita Cicero quoque locutus est.

Particulam "ut" Suetonius non parum sæpe omisit[8]) T. 11 ad-

---

[1]) Appellarit BC.

[2]) Cfr Madv. 4Ø2, Cic. Fin. 3. 19. 64 ex quo illud consequi, Nep. Them. 7. 5 apud quam jam bis classes fecisse naufragium.

[3]) Ita — ut A. 69 ita liceat ut non inieris, A. 28 ita liceat, ut dicar, Madv. 444 a 3 (fin.).

[4]) Madv. 348 e. 3 (fin.).

[5]) Cfr A. 23 vovit, si vertisset.

[6]) Quod = ita ut id.

[7]) Cfr tamen BC.

[8]) Madv. 372. 4 Kühnast. p. 227.

monitus est dimitteret, T. 50 admonuit abstineret, A. 3 hortatur et monet imitetur, N. 1 imperasse traduntur nuntiaret.

Conjunctivus iterativus [1]) subjicitur his particulis: quotiescunque, quoties [2]), prout [3]), si, nisi [4]); velut C. 28 quoties vellent, Cal. 7 quotiescunque vellet, C. 27 prout domino patronove gratus qui esset cet., quidquid militum esset A. 49, hostiæ erant phoenicopteri, quæ per sing. dies immolarentur Cal. 22. Quamquam et quamvis [5]). Vide quæ de his particulis supra disputavi. Hic tamen addi liceat quæ de particula quamvis Ritschelius disputavit. p. 489: "tradat — — faciat conjunctivos constans loquendi consuetudo Suetonii (cujus plus viginti exempla numeravi) cum hic postulabat tum infra — — Indicativum ei particulæ semel junctum d. Aug. 42 "quamvis destinarat" non debebat cum aliis Oudendorpius defendere."

De usu infinitivi.

Infinitivus multis verbis poetarum maxime more contra optimorum script. dicendi consuetudinem subjicitur. Primum igitur ad similitudinem verborum Imperfectorum, quæ dicuntur, multa verba Posteriores cum infinitivo conjunxerunt, velut T. 23 quando ita præfari non *abstinuerit* [6]), Cl. 41 historiam scribere *aggressus* [7]), est, Cal. 3, Gr. 10, N. 19; Cl. 18 ut ægre evadere *valuerit*, Cl. 26, C. 79, G. 21, Posteriores, Poetæ [8]); A. 84 *instituit* [9]) recitare omnia, A. 35, Vit. 2; A. 93 deflectere — *supersedit* [10]), Tit. 7; N. 21

---

[1]) Madv. 359. 362. a. Madv. Bemerkungen p. 61 not.
[2]) Dræger Tac. p. 56.
[3]) Kühnast 237, Dræg. Tac. 60. 54.
[4]) Kühnast 237, Dræger T. 64.
[5]) Madv. 361. 3, Dræger Tac. 67, Kühnast. 244.
[6]) Gr. 3 quominus; ægre abstinent quin Liv. 2. 45. 10, cfr Johansson "Om bruket af partiklarne quominus och quin", p. 27.
[7]) Cicero quidem huic verbo sæpius ad cum gerundio addidit quam infinitivum; infinitivus tamen positus invenitur Cic. Off. 2. 1. 1. "De quibus dicere aggrediar."
[8]) Cfr Sjöblom "De usu infinitivi apud poetas Latinos augustanæ ætatis", p. 3; præpositio ad huic verbo apud præstantiores script. addita est.
[9]) Cfr Seyffert ad Lælium p. 535; Cæsarem b. g. 5. 1. cfr præterea not. 36 et 52.
[10]) Liv. 7. 27; Curt. 5. 6.

quum magni *æstimaret*[1]) cantare, Vesp. 15; *concupiscere* semper Suetonius; Dom. 20 bibliothecas reparare[2]) *curasset*, T. 51 ægræ adesse curavit, satis sæpe; C. 70 neque adire *cunctatus est*[3]) neque dimittere, Vesp. 16; *sustineo*, negatione addita[4]), sæpissime, velut C. 75 non sustinuit imitari, C. 74, A. 66, 31, T. 2, Vesp. 13. Tit. 9. Ad hæc verba locutiones referri debent quales sunt hæ: C. 23 in magno *negotio*[5]) habuit obligare, G. 1 fuitque *mos*[6]) triumphantibus pangere, Rh. 6; C. 82 fuerat *animus*[7]) conjuratis trahere, O. 6; Cal. 56 non defuit plerisque animus adoriri[8]); Vesp. 8 *antiquius* nihil habuit[9]) quam rempublicam stabilire; A. 51 punire *satis* habuit, C. 75, Vesp. 13; Dom. 12 satis erat obici qualecunque factum; C. 28 *contentus*[10]) eripere, C. 49, A. 40, sæpissime, Cal. 24 *capital* fuit risisse, lavisse, coenasse[11]). Deinde Suetonius ut æquales poetarum maxime more verbis hortandi, petendi, suadendi sim. infinitivum vel accusativum c. inf.[12]) subjecit, ubi veteres particula ut usi sunt, velut T. 62 nisi T. differre *compulisset*, Dom. 14 gra-

---

[1]) Cfr Plin. Ep. 3. 4. 1.

[2]) Hoc loco scribendum erat reparandas.

[3]) Negatione addita h. verbum cum inf. j. eadem vi qua dubitare, cfr præterea Joh. p. 29.

[4]) Uno loco negatio omissa est Cal. 30 qui spectare sustinuissent, cfr Cic. Verr. 1. 4. 10 sustinebant tales viri se tot senatoribus non credidisse? cfr Sjöblom p. 5.

[5]) Tac. Hist. 2. 21 in levi negotio habere = negligere; cfr græce ἐν μεγάλῳ τίθεσθαι.

[6]) A. 97 acc. c. inf. sequitur, Kühnast 248, apud Ciceron. Brut. 21. 84 ut.

[7]) Ita sæpissime poetæ infinitivum substantivis cum verbo aliquo conjunctis addiderunt, cfr Sjöblom p. 12; neque hæc ratio dicendi a veterum consuetudine aliena est, cfr Madv. 389, 417, 2.

[8]) Contra A. 51 animum deesse confodiendi.

[9]) Apud veteres huic locutioni particula ut subjicitur.

[10]) Posteriores ita sæpissime, cfr Kühnast. 247, et Poetæ, cfr Sjöblom p. 15, Madv. 389. 3.

[11]) Quam late usus perfecti infinitivi pro præsenti apud poetas patuerit, ostendit Sjöblom p. 24. Suetonius raro ita locutus est. De hoc usu perfecti infinitivi ap. Livium Broman ad 2. 24. 5 disseruit, ubi negat Livium umquam nisi in legibus edictisque veteribus hoc infinitivo pro præsenti usum esse, cfr Kühnast 210, Sjöblom l. l.

[12]) Poetas imitati Posteriores sæpissime ita locuti sunt, rarissime Præstantiores, cfr Reissig-Haase not. 485, Sjöblom 3—5, Dræger T. § 145, Madvig 372. 3, Kühnast p. 249.

tiam facere compulsus[1]), A. 44 feminis spectare *concessit*, C. 75 (= sino), "ut" legitur A. 33, 40. N. 11; Cl. 37 quem quum *conspirassent*[2]) perdere, T. 72. Chariclem remanere ac recumbere *hortatus est*[3]), A. 87; C. 20 ad plebem transire *nitentem*[4]), A. 10; A. 24 *permisit*[5]) uxorem intervisere, C. 75. A. 38; A. 5 *peteretque*[6]) donari Deo; C. 81 quæ ap. Senatum *proposuerat*[7]) agere, A. 72. Cal. 49. Tum animadvertendum est, Suetonium et horum similibus verbis et aliis accusativum cum inf. subjunxisse, ubi veteres aliud dicendi genus ad hibuerunt, velut A. 89 a plebe verri sibi vias et conspergi *exigeret*[8]); Cl. 15 carnificem statim acciri *flagitavit*[9]), N. 24; Cal. 15 *obtestatus* Deos neque legisse neque attigisse, N. 47 præfecturam sibi concedi *oraret*[10]); A. 65 neque adiri a quopiam *permisit*[11]), Cal. 16; A. 99 malas corrigi *præcepit*[12]), T. 65. Cal. 47. N. 31; G. 14 sextam decuriam adjici *precantibus*[13]); T. 32 *suadentibus*[14]) onerandas tributo provincias; T. 2 societatem iniri *dissuasit*[15]), *imperare*[16]) sæpissime cum acc. c. inf. passivi j.; Cl. 35 non *dubitans*[17]) etiam

---

[1]) Ita Ovid. Lucan. Curt. Justin. Sequitur "ut" C. 24, C. 1, Vesp. 2, Plaut. Curt, Tac.

[2]) C. 9 "ut".

[3]) Ceteris locis legitur ut, quod uno loco A. 3 omissum est "hortatur imitetur" Cic. Sest. 3. 7.

[4]) Nep. Pelop. 2. 1. Sall. Cæsar Tac., cfr Dræger p. 49, Kühnast p. 253; niti ne A. 28.

[5]) Cfr not. 28, 65.

[6]) Tacitus.

[7]) Sjöblom p. 7; ita Cicero "mihi propositum est" cum inf. conjunxit, velut Brutus 6, 25; 36, 137, cum ut Off. 1. 20 70, sæpius.

[8]) Ceteris locis legitur ut.

[9]) Hor. Sat. 2. 4. 61.

[10]) Madv. 396. 1, Dræger T. 50. R.-Haase p. 561.

[11]) Ita Livius, Curtius, Tacitus, raro Cicero, numquam Cæsar locuti sunt, cfr Kühnast p. 253, Dræger T. p 50.

[12]) Pro ut, quod invenitur C. 84. Cl. 38. N. 34. Cfr Madv. 396. 1. Curt. Tac. illo modo l. s.

[13]) Madv. ib.

[14]) Quint. Vergil. Cic. Fin. 2. 29. 95 cum mori suadeas, Or. 1. 59. 251, cfr tamen Haase p. 560.

[15]) Ita Quint., cfr ap. Cic. Fin. 1. 20. 66 ratio ipsa monet amicitias comparare.

[16]) Cfr Madv. 396. 3; ut invenitur Cal. 46 imperavit ut conchas legerent, N. 1 particula ut omissa est — imperasse traduntur nuntiaret.

[17]) Hæc loquendi consuetudo apud Nepotem, Livium, Posteriores frequens

citra bellum posse terreri, C. 52, ac ne cui dubium sit et flagrassse —, A. 31 lares ornari *instituit*[1]), A. 44 quum quosdam mitti *deprehendisset* = cognovisset, T. 65 quæ tolli procul *mandaverat*[2]), N. 33 bustum consepiri *neglexit*[3]), T. 41; A. 4 proavum ejus Afri generis fuisse *objicit*[4]), C. 49; A. 89 componi aliquid de se *offendebatur*, T. 34 offensus interpellari se; Cl. 25 omnes liberos esse *sanxit*[5]), N. 5; A. 98 *jusjurandum et cautionem* exegit a singulis, non alio datam summam, C. 19 *metus*[6]) ceperat nihil non ausurum eum, T. 69 *persuasionis* plenus cuncta fato agi, A. 15 una *voce*[7]) *occurrens* moriendum esse, Cal. 21 *solatione acquiescens*, transmarinas superfuturas provincias. Nominativo cum infinitivo pro acc. c. i. usus ést Suet. N. 1 quo facilius appareat[8]) degenerasse Nero, Cl. 38 nuntiatus Appius irrumpere pro eo quod est nuntiatum est[9]), Appium, T. 62 Rhodiensem hospitem advenisse sibi nuntiatum torqueri jusserit; contra O. 7 dicitur — prolapsum (pro "prolapsus"), O. 12 traditur — consuetum (pro consuetus). Jam vero illud silentio non prætereundum est, particulam ut ap. Suet. nonnulla verba et locutiones sequi, ubi aliud dicendi genus exspectaveris, velut T. 22 ut id faceret *jubebatur*[10]), Vit. 14, Vesp. 23; Vesp. 4 esse in *fatis*[11]) ut, T. 35 *gratiam facere*[12]) cui ut; locutio illa "*auctorem* es-

---

est; Cicero vero et Cæsar eam prorsus aspernati sunt, cfr Kühnast p. 249, Johansson p. 34.

[1]) Cfr not. 4 et 52.

[2]) Ut sequitur T. 57, gerundivum C. 26.

[3]) Cic. Phil. 3. 8 diem edicti obire, cfr Sjöblom p. 6.

[4]) Quasi sequitur A. 28, ceteris locis quod.

[5]) Pro ut.

[6]) Pro ne.

[7]) Cfr A. 14 rumore dilato quasi.

[8]) Cfr Cic. Fin 3. 7. 23 ut membra data esse appareant, et Madvigium ad h. l., Seneca de Provid. 5, Varro r. r. 1. 6. 2.

[9]) Vide Krebsium p. 656: "Kaum aber braucht daran erinnert zu werden, dass im Perf Pass. nuntiatum est mit Acc. c. Infinit der persönlichen Construct. vorgezogen wird." Contra C. 31 legitur: "cum ergo sublatam t intercessionem ipsosque urbe cessisse nuntiatum est."

[10]) Scripturæ tamen his locis variæ sunt; vide BC. sub voce jubeo; ita posteriores dixerunt, Livius sæpius "ut" omittit; cfr Kühnast p. 253; Cicero (Verr. 4. 12 28) "jubeo ut" semper in locutione "senatus decrevit, populusque jussit ut", Madv. 390. 2.

[11]) Cfr Ovid. Trist. 3. 2. 1 in fatis nostris erat visere Scythiam

[12]) Genitivus ger. sequitur A. 17 Bononiensibus g. f. conjurandi; "incidit" ut, Hor. vita, cfr Cic. Fin. 1. 3. 7 cum inciderit ut, Liv.: incidit ne 1. 46. 5, cfr Broman ad h. l.

se"[1]) vel cum gerundio vel cum ut a Suet. j., Gr. 10 utraque constructio in eadem sententia invenitur: "auctor conspirandi et ut juvarent"; A. 7 *prævalere* ut, C. 11 *tentare* ut, Cl. 22 *observare* ut Liv.[2]); *curo*[3]) ut A. 92, 94. Rh. 1; C. 20 *instituo*[4]) ut, A. 30, N. 32. Dom. 13, omisso ut C. 41; T. 62 *excogitare* ut; A. 40 hoc quoque adjecit ne quis adipisceretur, Cal. 8 *interest* ut Cal. 16, C. 86. Quod insolenter positum est Tit. 8 *recordatus* quod[5]) nihil cuiquam toto die præstitisset. Quod attinet ad verba prohibendi, recusandi sim. hæc commemoranda putavi: Gr. 3 ne clarissimi quidem viri *abstinuerunt*[6]) quominus aliquid scriberent, T. 26 *intercessit* et quominus juraretur et ne vocaretur[7]), G. 6 *interdixit* commeatus pati[8]) pro ne; *prohibeo*[9]) aut cum inf. aut cum acc. c. inf. a Suet. j., uno tamen loco T. 34 legitur "ne" — prohibuit ne ultra Kal. Jan. exerceretur; C. 51 nisi exercitus sequi *recusasset*, G. 16, T. 45, Cl. 26, N. 5; contra T. 67 ne in acta sua juraretur recusasse[10]); C. 4 non *distulit* quin[11]); T. 31 *obtinere*[12]) non potuit quin = impedire; T. 21 adduci tamen nequeo quin[13]) existimem (jag

---

[1]) Apud aur. ætatis scriptores huic locutioni subjicitur particula ut, aut gen. ger., raro ad, cfr R.-Haase not. 487.

[2]) Poetæ et posteriores verbum tentandi cum inf. jungunt; observare ne A. 57 i. s. q. curare.

[3]) Ceteris locis (vide not. 7) infinitivus poetarum more (Sjöblom p. 3) h. verbo additus est, quum i. s. q. curæ aliquid habere, contra gerundivum, quum i. s. q. jubere, excepto loco illo Dom. 20, vide supra.

[4]) Cfr Cic. Tusc. 5. 20. 58.

[5]) Cfr Dræger T. p. 48.

[6]) Cfr not. 1.

[7]) Cfr Johansson p. 9; intercessit ne A. 65, Liv. 10. 37. 9.

[8]) Johansson ibid.

[9]) Infinitivum huic verbo sæpissime veteres subjunxisse, ostendit Johansson p. 8.

[10]) Kühnast p. 254 contendit, Ciceronem huic voci raro infinitivum adjunxisse; cfr Johansson p. 11: "Derjemte är att märka, att recusare ej sällan såväl i jakande som i nekande sats förbindes med infinitivus"; p. 12 affert exempla: Cic. Att. 1. 8. 1, Fam. 10. 8. 6; 10. 17. 2; Phil. 8. 8. 25; Cæsar b. g. 3. 22. 3; e. Livio multa velut 5. 11. 11; 5. 53. 9.

[11]) "Alii male non destitit quin" BC., cfr Johansson p. 28.

[12]) ut Cl. 41, ne C 23.

[13]) Cfr Madv. ad Cic. de Fin. 1. 5. 14, et quæ Bremi ad T. 21 de h. v. disputavit. Ut non pro quin Suetonius, Ciceronem secutus (cfr Joh. p. 21), nonnullis locis habet, velut A. 56 numquam filios suos populo commendavit, ut non adiceret: si merebuntur, N. 32 nulli delegavit officium ut non adiceret, Cl. 35 neque inire ausus est nisi ut (i. e. quin) specula-

kan ej annat än anse); Dom. 12 nihil habet *pensi* quin, Cl. 35 vix *remittere* ne pro quin, A. 28 quasi per ipsum *staret* [1]) ne redderetur; Dom. 23 non *temperare* [2]) quin, Cl. 41. C. 22. Postremo hoc loco nonnulla verba afferre, quibus Suetonius gerundivum subjunxit, haud alienum sit, Cal. 25 infantem alendamque et instituendam *commendavit*, C. 24 legatos mittendos *decreverit*, C. 26 gladiatores vi rapiendos reservandosque *mandavit* [3]), N. 43 Gallias exercitibus deripiendas [4]) *permisit*, G. 14.

De usu supini in -u exeuntis.

Dignus [5]) cum abl. supini conjungitur, A. 43 dignum cognitu, Liv. [6]) Tac. [7]) Seneca [8]).

De usu gerundii et gerundivi.

Usus gerundiorum apud Suetonium paulo liberior est quam apud veteres scriptores. Ita

Genitivus gerundii paulo insolentius positus invenitur A. 98 diripiendi pomorum et obsoniorum rerumque missilium pro aut diripiendorum aut pro diripiendi poma cet. Hoc loquendi genus etiam ap. Ciceronem invenimus [9]), Cl. 16 patronum perferendæ legatores cum lancibus circumstarent, cfr Dræger T. p. 62, Madv. 400. b, Krebs. 1 p. 79.

[1]) Pro eo quod usitatius est quominus Joh. 15; Livius 2. 31. 11: "Per eum non stetit quin".

[2]) Cæsar b. g. 1. 33. 4 "sibi" additum est, Joh. 28.

[3]) Ut sequitur T. 57, acc. c. inf. T. 65.

[4]) Cfr not. 28, 51. His exemplis addi liceat: C. 68 ut consolandos eos magis imperator quam puniendos habuerit; quæ quidem ratio dicendi arg. æt. scriptorum est, cfr Madv. 422. 3, Haase p. 746, Tac. Ann. 4. 40.

[5]) Madv. 412. 2; R.-Haase not. 598; Kühnast. p. 261.

[6]) 9. 43. 6 nihil dictu (= quod dicatur) dignum; 40. 30. 4, 10. 27. 6, 25. 1. 5, 30. 8. 4, 35. 17. 7.

[7]) Ann. 6. 7. Agric. 1, Hist. 2. 24.

[8]) Ep. 90. 30, 94. 56.

[9]) Velut Invent. 2. 2 exemplorum eligendi potestas Madv. 413. 2, cfr Ter. Heaut. prol. 29 novarum qui spectandi copiam faciunt, Varro r. r. 2. 1 principium generandi animalium.

tionis legere, ubi exspectes causa [1]) vel qui cum conj. simil., A. 32 tuendi sui [2]) causa grassatorum plurimi se ferebant succincti ferro, T. 34 dato negotio inhibendi, ubi exspectaveris ut, sim.; insignis est locus T. 61: mori volentibus vis adhibita vivendi; A. 47 causa trajiciendi [3]). Præterea animadvertendum est, Suetonium [4]) causa ante gerundivum his locis posuisse, id quod rarissimum est, A: 24 causa detrectandi sacramenti, Terentii vita "causa evitandæ opinionis."

Dativus gerundivi apud Suetonium post multas locutiones [5]) positus est, quo significatur, quo consilio quid fiat, velut Cal. 39 cui instrumento distrahendo nihil non fraudis adhibuit, N. 44 deligendi vehicula portandis scenicis organis, C. 7 jure dicundo, N. 49 ligna conferri curando mox cadaveri, O. 3 diem necandæ matri destinarat; Dom. 8. Vesp. 5 curam verrendis viis non adhibitam [6]), Vesp. 8 ruderibus purgandis primus manus admovit; Horatii vita, Vesp. 10 quibus paragendis vix suffectura ætas [7]); Tit. 8 opem adhibere medendæ [8]) valetudini leniendisque morbis, Lucani vita "codicillos ad patrem corrigendis quibusdam versibus suis exaravit", A. 45 vacare epistolis legendis = vacuum esse ad, T. 2 decemvir legibus scribendis [9]).

Accusativus gerundii vel gerundivi apud Suet. nonnullis locis post præpositiones ob et inter [10]) sequitur, velut C. 45 inter res agendas A. 45 inter spectandum, N. 32 inter canendum, T. 2 ob expellendum Ciceronem, Vesp. 23 ob subterfugiendum jus. Uno loco [11]) G. 8 in gerundio passiva significatio inesse videtur "ne ad gestandum qui-

---

[1]) Madv. 417. 5; ita Tacitus sæpe locutus est, cfr Nipperdey ad Tac. Ann. 2. 59, Weissenborn ad Liv. 9. 45. 18, Kühnast. 73.

[2]) Hic mos dicendi apud veteres viget, cfr Madv. 417 (med.).

[3]) Cfr Madv. 418.

[4]) Vide Kühnast. 85, Ritschelium 515.

[5]) Cfr Madv. 415. 2. Præstantiores pro h. ratione præpositionem ad cum ger., ut vel qui cum conjunctivo adhibent.

[6]) Cicero huic locutioni præp. in sequente abl. adjungit Am. 17. 62.

[7]) Madv. 415. 1 (fin.); præterea in "Horatii vita" scriptum legitur sufficere ad.

[8]) Vell. 5. 25. 4 medendis corporibus; raro mederi cum acc. j. vide supra.

[9]) Madv. 415 (fin.).

[10]) Usus gerundii et gerundivi post has præpositiones rarior est, Madv. 414. b.

[11]) Cfr BC. ad. h. l., tamen verbum gestandi Dom. 11 "simul. gestanti" intransitive usurpatur.

dem umquam iter ingressus". Accusativus gerundii uno loco Cl. 26 positus invenitur, ubi gerundivum exspectabatur: "ad ducendum eam uxorem" [1]).

Ablativus gerundii vel gerundivi sæpe præpositionibus de et in additus est, C. 20 de inferenda nece sollicitatum, A. 28 de reddenda republica cogitare, de negotiis referendis tractare A 35, Cal. 43 de supplendo numero admonitus, A. 38 in honoranda bellica virtute parcus, A. 38 in travehendo, A. 28 in retinenda perseverare, A. 45 præsidendo, ubi in auditur, T. 42 noctem epulando potando que consumere [2]).

De usu participiorum.

Contra morem veterum [3]) participiis verborum "poenitet, pudet, tædet" Suetonius usus est [4]). C. 7 quasi pertæsus A. 62, T. 67; poenitens facti V. 15, Cl. 43 signa poenitentis [5]), Liv. Sall. Justin; gerundivo [6]) usus est, Tit. 10 neque enim exstare ullum suum factum poenitendum, Vesp. 1 gens -- reipublicæ nequaquam poenitenda, pudendus Vesp. 16. — Gestanti Dom. 11, hoc l. passiva vis participio præs. subjecta est [7]); indicium recusantis O. 7, vide adj. pro substant. pos.

Memorabilis est locus G. 4 somniavit fortunam dicentem, ubi somniare ad similitudinem verborum videndi, audiendi, fingendi simil. cum participio præsenti junctum est.

Participia cum particulis [8]) quibusdam (quamquam, quamvis quasi, tamquam, velut, non antequam, priusquam, quippe) conjuncta adhibuisse posteriores, Livium [9]) secutos, res est notissima. Ciceronem quidem particulas "ut, quasi", Cæsarem "ut, etsi", Sallustium vero nullas particulas ita adhibuisse, commonet Dræger [10]). E Sue-

[1]) Simile fere exemplum e Seneca affert Rosengren p. 50.
[2]) Consumere in re vel re Krebs.
[3]) Madv. 167.
[4]) Bremi ad T. 67.
[5]) Cfr Cic. Phil. 12. 2. optimus est portus poenitenti mutatio consilii.
[6]) Madv. 218. 3.
[7]) Vide accus. gerund., cfr Krüger ad Quint. 10. 3. 10 "ferentes equi".
[8]) Madv. 424. 4.
[9]) Kühnast 269, 270.
[10]) Tac. p. 78.

tonio hæc exempla protulisse sufficiat: C. 70 Cæsarem, quamvis recusantem, ultro in Africam sunt secuti, T. 25; (perf. p. sequ.) C. 26 ea quæ ad epulum pertinerent, qvamvis macellariis ablocata, apparabat; Cl. 6 quamquam [1]) hoc modo agenti defuit numquam; ita adjectivo quoque hæc particula apposita est, velut A. 8 quamquam expers belli, A. 10, 13, satis sæpe [2]), T. 54 quasi ex auctoritate missus, Cal. 23 arguere quasi ortam (vide infra), non parum sæpe; (part. fut. act.) C. 82 quasi aliquid rogaturus, Cal. 46. T. 73 quasi alicui traditurum [3]); velut C. 14 sententiam velut exceptam, T. 50; C. 58 neque ante — — passus est quam pæne obrutus, Cal. 27, non prius occidit quam offensus odore. De participiis substantivorum vicem sustinentibus supra disputavi.

Suetonium participium [5]) perfecti pro substantivo in — io desinenti adhibuisse, dici vix opus est, A. 28. T. 60 Tiberius militem ob surreptum e viridario pavonem capite puniit. Cal. 32 ob detractam laminam.

Ablativus [6]) absolutus, qui vocatur, apud posteriores sæpe positus est post eas particulas quas supra enumeravi [7]), quamquam morbo quartanæ aggravante C. 1. 34. 70. A. 97. Vesp. 2, quamvis nullo querente C. 48. Vit. 4, T. 75 quasi sævitia permanente, T. 22 non prius palam fecit quam juvene interempto, T. 37 non prius misisset quam extorta pecunia, G. 11; Cl. 20 quamvis XXX hominum milibus operantibus, Cl. 46 quamquam abominantibus qui audiebant.

Tamquam et sæpissime *quasi* apud Suetonium inveniuntur, ubi accusativum cum inf. exspectes, A. 6 tenetque vicinitatem opinio, tamquam et natus ibi sit, Cal. 29 monere tamquam, A. 94 prius somnium Catuli aliter exponunt, quasi Juppiter demonstrasset, A. 11, vita Juven. Multa hujus rei exempla BC. sub voce quasi habet.

Quod apud nonnullos (arg. æt.) scriptores (utrumque Plinium,

---

[1]) Cfr quæ de h. particula disputavi.

[2]) Cfr Madv. 443. anm.; particulam quamvis ita usurparunt optimi; cfr N. 31 etsi non auctor — at conscius.

[3]) Madv. 424. 5.

[4]) Madv. 425. c.

[5]) Madv. 426.

[6]) Madv. 428. 2.

[7]) Eodem modo particulam quasi optimi scriptores usurparunt.

Justinum, Florum [1]), Livium [2])) fit, ut pro primaria sententia enuntiationis conditionalis participium fut. activi [3]) adhibeant, apud Suetonium raro fit. Tit. 10: haud negatura, si qua omnino fuisset; immo etiam gloriatura quod — — C. 30 bello vindicaturus, si — constitutum esset, T. 62 nisi mors prævenisset, plures aliquanto necaturus creditur (pro n. fuisse). Participium perfecti [4]) verborum deponentium interdum vi passiva Suetonius usurpavit, velut expertus C. 44. T. 19. Vesp. 4, expertissimus T. 19, partitus A. 13, modulatus A. 57. N. 20, 42, meditatus A. 84, adeptus T. 38, interpretatus N. 13, mentitus Otho 3 [5]),

De pronominibus.

Quicunque [6]) apud optimos scriptores, præterquam in locutionibus illis "quocunque modo, quacunque ratione" semper relativam vim habet. Posteriores vero scriptores præeunte Livio [7]) etiam indefinitam vim huic voci subjecerunt, velut C. 66 quocunque vento in quascunque terras jubebo avehi, A. 66 legata a quibuscunque parentibus relicta [8]) sibi. Cl. 2. Vit. 10. 14, Cal. 38, 32. Forma "nemine" [9]) pro nullo raro in scriptis præstantiorum scriptorum invenitur, neque umquam sequente participio præsenti [10]). Apud Suetonium vero legitur T. 12: nemine tendente quoquam [11]) quin deverteret Rhodum. Ablativi forma quoquam nonnullis locis apud

---

1) Dræger Hist. S. p. 166.

2) Kühnast. p. 267.

3) Madv. 424. 5 (fin.).

4) Madv. 153.

5) Cfr Bremi ad C. 44; Kühnast. 270.

6) De usu hujus pronominis vide Madv. Excurs. ad Fin. p. 834.

7) Kühnast. p. 48.

8) Dignissimum quod proferatur exemplum hoc est: A. 76 quocunque loco quo desiderasset.

9) Madv. 95. 5.

10) R.-Haase p. 348.

11) Formam quoquam putat Dræger Hist. S. p. 82 esse pronomen et cum voce nemine in unam coaluisse notionem; id quod minime mihi probatur. Etenim qui attento animo hunc locum perlustraverit, ei facillime apparebit, vocem quoquam esse adverbium; contra recte affert locum Cal. 3 nemini cuiquam. "Nemo quisquam" etiam apud Plautum et Terent. invenitur.

Suetonium exstat, velut C. 20 nec quoquam reperto, A. 57. C. 59[1]. Quîs = quibus[2]) A. 36 in quîs, A. 52. Pronomen "is" sæpe apud Suetonium participiis additum est aut singulari quadam vi aut perspicuitatis causa, ubi apud optimos scriptores omitti solet, velut T. 32 venientem eum non admiserat, N. 39 transeuntem eum[3]. — "Eum" pro se positum est Cal. 34 ne qui respondere possint præter eum, et contra N. 35 "quod se incesserat", ubi aut se incessisset, aut eum incesserat exspectes, Vesp. 15; "ei" pro sibi N. 32 ut pro semisse dextans ei cogeretur, "sibi" pro ei C. 34 et quamquam obsidione Massiliæ quæ sibi in itinere portas clauserat summaque frumentariæ rei penuria retardante brevi tamen omnia subegit, G. 12. Ita etiam alii scriptores[4] locuti sunt. Transeunt enim referentes aliorum sententias minus accurate in suam. Plura hujus rei exempla Baumgarten-Crusius ad Cal. 34 et N. 32 protulit[5], C. 74 Philemonem, a manu servum, qui necem suam per venenum inimicis promiserat, non gravius quam simplici morte punivit. Vox "suam" ad Cæsarem h. l. referenda est[6].

Suus quisque: has voces nonnullis locis Suetonius ita posuit, ut in unam notionem quasi confluxisse videantur[7]. A. 40 ut sui cujusque mensis acciperet (tesseras)[8], A. 66 sui cujusque ordinis principes.

Genitivus pronominis reflexivi, quod est sui, nonnullis locis apud Suetonium usurpatur, ubi exspectes pronomen possessivum "suus", ut apud poetas et arg. ætatis scriptores[9]. C. 30 adventu sui,

---

[1]) Cfr Livium 3. 56. 6 haud quoquam improbante.

[2]) Madv. 86. 2.

[3]) Locum illum A. 67 "Thallo crura ei fregit" eleganter Bremi ita mutavit: effregit.

[4]) Cfr Dræger Hist. S. p. 57 sq.; Kühnast p. 105; Östling V. P. p. 33.

[5]) Cfr præterea Madv. Sprachl. § 490. 9.

[6]) Vide hac de re Madv. 490, b, R.-Haase p. 384.

[7]) Cfr Dræger Hist. S. § 32. 2; Ruhnken. ad A. 40: "Dukerus ad Livium 3. 22 fere credit, Latinos interdum dixisse suusquisque ut unusquisque, quotusquisque." Cfr Agricola Ed. Wex. Mantissa de pronominibus suusquisque et suum quisque; Madv. Cic. de Fin. 5. 17. 46.

[8]) "Cave corrigas suum cujusque mensis. Nam quaternorum mensium tesseræ opponuntur cujusque mensis tesseris, ut potius intelligendum sit suam seu suas cujusque mensis tesseras. Sed genitivus cujusque in tali structura pendet a pronomine sui, quemadmodum nostrates loquuntur eines jeden sein Monath. — Infra c. 66 sui cujusque ordinis principes. Neque id in concursu genitivorum offendere debet", Wolf apud Bremi ad h. l.

[9]) Cfr Madv. ad Cic. de Fin. 2. 23. 76; Rosengren p. 54.

A. 94 ad exitium sui, Cal. 9 conspectu sui[1]). Præterea nonnulla e Suetonio exempla proferam, quæ notanda putavi: A. 44 quoties quis[2]), T. 8 regem Archelaum, Trallianos et Thessalos varia quosque de causa[3]), C. 42 quasque. Pluralis hujus vocis apud optimos rara est[4]); A. 26 ut C. et L. filios — suo quemque tirocinio — deduceret in forum, ubi exspectes utrumque[5]); Tit. 7 denique propalam alium Neronem (Titum) et opinabantur et prædicabant, pro altero[6]). Mutuo[7]) pro "inter se" posuit Suetonius T. 44 quod mutuo flagitium exprobrarent. Eodem modo invicem Livius[8]), Posteriores usurparunt, T. 43 invicem incestare se.

Quisquam insolenter positum esse videtur pro ullo C. 59, Dom. 13. "Consulatus septemdecim cepit — — medios continuavit — omnes gessit nec quemquam ultra kl. Mai., plerosque — — cfr apud Quint. 10. 2. 6 cujusquam rei, Cic. Fam. 3. 10. 6.

---

[1]) Ita codex Salm., vulgo tamen suo; hanc lectionem habent Bremi, BC., Rothius.

[2]) Dræger Hist. S. p. 72.

[3]) Dræger p. 85.

[4]) R.-Haase p. 351.

[5]) Vide tamen Madv. Sprachl. 495. 2.

[6]) Cfr Madvig. § 496, Dræger Hist. S. p. 88 hujusce generis exempla e posteriorum script. scriptis sumpta collegit; cfr R.-Haase p. 334 et quæ de voce "alius" disputavi.

[7]) Cfr Nägelsbach. (Ed. quarta) p. 243.

[8]) Kühnast. 99.